




ACTA LITERARIA
SOCIETATIS
RHENO-TRAJECTINAE.

TOMUS SECUNDUS.



LUGDUNI BATAVORUM
APUD S. & J. LUCHTMANS.
ET
TRAJECTI ad RHENUM
APUD B. WILD & J. ALTHEER.
MDCCXCV.

INDEX CAPITUM

Tom. II.

---

1. CHRISTOPHORI SAXI *Nuncius & Admonitio de* Richardi Bentleji Epiſtola, *qua* Chishulliana inscriptionis, *ut vulgo dicunt*, Sigeae *interpretatio expenditur.* Pag. 1 — 18.

2. THOMAE WOPKENSII *in* C. Cornelii Taciti *Opera Animadverſiones Criticae. Praefatus eſt* Henr. Joan. Arntzenius. Pag. 19 — 133.

3. G. BRVINING *Promulſis Animadverſionum in varios Scriptores veteres.* P. 134—178.

4. CHRISTOPHORI SAXI *Scholia Literario-critica ad* L. A. Muratorii novum

Thesaurum Inscriptionum. *Missus Secundus.* Pag. 169—290.

5. T. F. LENTZ, *Animadversionum in* PLATONIS Phaedrum *Specimen. Pars prior.* Pag. 291.—330.



CHRI-

CHRISTOPHORI SAXI
NUNCIUS ET ADMONITIO
DE
RICHARDI BENTLEII
EPISTOLA,

Qua *Chisbulliana* INSCRIPTIONIS, vt vulgo dicitur, SIGEAE interpretatio expenditur.

Postquam MURATORIO nostro visum erat, *Nouum* suum *Inscriptionum Thesaurum Inscriptionis* potissimum *Sigeae* memoria, totoque *Edmundi Chisbulli Commentario*, simul *Notarum* eius *ad Inscriptionem Sigeam Appendicula*, non tam, vt par fuisset, ad editionis *Antiquitatum Asiaticarum Londinensis*, 1728. fol. quam *Lugdunensis Batavae*, 1727. 8. fidem recognita, suisque locis fusa & mixta claudere, ipsemet quoque apud animum constitueram, tum demum viri summi, *Richardi Bentleii*, epistolam, sine qua *Appendiculae* illius *Chisbullianae* maxima pars nonnullis tenebrarum latebris tegitur, in lucem promere. Sed cum praesentiam, pro late patentibus consilii finibus Scholiorum meorum in vniuersum corpus editionis negotium lentius spe futurum esse, vulgo autem quicquid a *Bentleii* sagacissimo profectum est ingenio, debito ipsi cupiditatis & studii honore legi sciam, interea huius velut

Emblematis ſpectandi voluptatem ante occupare volui, quam ad iſtam animadverſionum ſeriem, forte nimis ſero, venirem. Earum quippe literarum exemplum, a docto quodam iuvene Anglo ſibi indultum, vir meritiſſimo celeberrimus IOH. MATTHIAS GESNERVS, Gottinga olim ad me, quem hujusmodi ſtudiorum generi deditum noverat, pro noſtra inter nos officiorum neceſſitudine deferendum curaverat, quod tametſi ab homine, ſermonis Francici non admodum gnaro, deſcriptum eſſet, tamen, quantum eius fieri poterat, & licebat, dedi operam, vt ad manus forſitan *Bentleianae* ſanitatem, veritatemque revocaretur. An vero tantus literarum graecarum latinarumque exiſtimator reapſe ore Francico vſus ſit, aut francice potius, quam anglice, latineue, (tametſi dictionis colore minime Francico,) ſcribere maluerit, vti meum non eſt praeſtare, ſic idoneam aſſequi me non poſſe rationem vltro fateor. Fortaſſis vir ille nobiliſſimus, (nam *illuſtriſſimum amicum* fuiſſe, ipſe *Chisbullus* in *Appendicula*, p. 6. ed. primar. iubet credere,) ſermonis Francici peritior fuit, quam latini. Interim mirum videri poſſit, *Chisbullum* nusquam francicorum *Bentleii* verborum meminiſſe, ſed cenſorem ſuum, dubium ex vero, an ex interpretatione ſua, latine loquentem conſtanter induxiſſe. Vt autem huius argumenti vis & ratio intelligatur, haud a re alienum erit hoc loco, vbi, & a quibus promulgata vel illuſtrata ſubinde *Inſcriptio Sigea* fuerit, breviter docere. Primum lucem ea debuit *Edmundo Chisbullo*, A. 1721. vt in *Onomaſtici* mei Parte VI. p. 344. me indicare memini, mox typorum formulis repetita

fuit

fuit *Lugduni Batav.* 1727. 8. deinde cum aliis pluribus monumentis ſociata legebatur in eiusdem *Chisbulli Antiquitatibus Aſiaticis*, *Chriſtianam aeram antecedentibus*, Londini, 1728. fol. p. 1.=48. non multo poſt maiori literarum forma apparuit in *Franc. Heſſelii* Praefationis *Appendice*, Stella 7. ad *Gudii Inſcriptiones*, 1731. & tandem *Ricardi Chandleri* opera in *Aſiae minoris & Graeciae Inſcriptionibus antiquis*, *Oxonii*, 1774. fol. Part. I. p. 3. n. 1. locum invenit. Simul atque vero pervetus ille lapidis *Sigeani* vel *Sigeenſis*, non *Sigei* titulus βυϛροφηδὸν inciſus, *Edmundi Chisbulli* ſolertia & interpretatione illuſtratus in conſpectum hominum venerat, hac opportunitate vſus *Richard. Bentleius*, literis, ad ignotum mihi virum illuſtrem privatim datis, primum negavit, huius Epigraphes orationem ad *Phanodici* ſtatuam, ſive imaginem reſpicere poſſe, nihil proprie neceſſitudinis eſſe ſtatuis cum Prytanei fine, vnique ſtatuae conficiendae plures vno ſtatuario adhiberi valde inſolens videri docens, praeter morem hic ſimul *Aeſopum* & eius fratres nominari ſignificans; immo vero tria a Phanodico vaſa in vſum Prytanei, ſcilicet Κρατῆρα, Ὑποκρητήριον ſive Ἐπίϛατον, & Ἠθμὸν dono eſſe data veriſimiliter, vt reor, coniecit, quorum ſingulorum ſingulos eſſe potuiſſe artifices credibile ſit, titulum vero illum initio vni alteriue horum trium vaſorum inſcriptum, argumento Κἀγὼ, (& ego etiam) poſtea vero ad hunc lapidem translatum fuiſſe ſuſpicatur, ſive vt donatio illa extra Prytaneum omnibus innoteſceret, ſive ne donatoris Phanodici memoria cum vaſorum aliquando vel corruptela, vel redintegranda novitate, antiqua-

 retur.

retur. Deinceps cum de verborum quorumdam poteſtate & vſu, tum ſcripturae literarum Η & Ω, item Ε & Ο, nec non Ƶ & S varietate, corrigendisque marmorariorum peccatis, tamquam ΚΑΩΚΑ, pro ΕΔΩΚΕ, mox de ſupplenda detriti marmoris lacuna Μελεδα, ἰν' ενδεω Σιγειεις ita disſeruit, vt facile quis ingenii *Bentleiani* ſubtilitatem & acumen ſentire poſſet: quamquam, ſi verum fateri licet, haudquaquam ſpreverim vel coniecturam *Barckerianam* μελεδαίνειν ἐῶ Σιγειεῖς, vel diſertis verbis expreſſam lectionem ΜΕΛΕΔΑΙΝΕΝ ΜΕΟ ΣΙΓΕΙΕΣ in Apographo *Horſtiano* apud *Heſſelium*, & exemplo *Ric. Chandleri*, locis laudatis. Cf. *Animadverſionum van Vaasſen Fragmenta*, p. 333. Statim vero poſt primam *Inſcriptionis Sigeae* editionem *Bentleium Commentarii Chishulliani* cenſuram egiſſe, non ſolum ex eo apparet, quod ipſe in principio epiſtolae ſuae paginam 3. anteſtatus eſt, quae primae editioni, quali vtor, examuſſim reſpondet, ſed etiam inde liquet, quod *Chishullus* paulo poſt, nullo certe novo anni & tituli indicio facto, novis & ſingularibus chartis, eamdem foliorum formam referentibus, *Notarum ad Inſcriptionem Sigeam Appendiculam*, in paucis vulgo prioris libri exemplis obviam, promulgauit, ſuaeque interpretationis vadimonium, nusquam tamen edito adverſarii nomine, ſiſtere ſtuduit, mox *virum* duntaxat *vere magnum: & in erudita omni antiquitate felici ingenio exercitatiſſimum*, mox *doctiſſimum*, mox in *Antiquitatum Aſiae* p. 41. *virum literatorum principem*, mox paulo clarius, p. 47. *vnum Horatii amicum atque vindicem* appellans Vnde hi quidem omnes, quibus per

An-

Angliam antiquior in Senatu literario ſententiae dicundae locus dabatur, quin ſolus ibi latere videretur *Bentleius*, minime dubitabant, ſed qualis proprie literarum eius, & argumentorum complexio, vel genus eſſet, id vero publice omnibus notum eſſe haudquaquam poterat. Circa idem tempus alii duumviri *Michaël Maittairius*, & *Samuel Barkerus*, ille in *Diſſertatiuncula in Sigeam Inſcriptionem*, p. 180.=183. *Miſcellaneis Graecorum aliquot Scriptorum Carminibus*, *Londini*, 1724. 4. inſerta, hic in literis ad *Waſſium* datis, (*A Letter to Mr. Waſſe*, *concerning a Paſſage in the Sigean Inſcription*) & in *Bibliothecae Literariae*, *Londini* 1724. 4. Numero X. p. 44. vulgata, eidem illi titulo Sigeano ſive obſervationis, ſive emendationis lucem accendere conati ſunt, qua vero praerogatiuae auctoritatis ſorte, intuitu *Bentleii*, aliorum eſto iudicium. Interim vti viro illuſtris doctrinarum famae, *Iohanni Tayloro* licuit *Ariſtarchi Cantabrigienſis Notas* ad *Epigramma in ſtatuam Iovis Vrii*, & reſponſionem E. C. hoc eſt, *Edmundi Chisbull* memoriae prodere in calce *Commentarii* ad *Legem Decemviralem de inope debitore in partes disſecando* p. 23.=28. ſic ab aequitate lectorum veniam me impetraturum eſſe ſpero, ſi publice expoſita *Bentleii* Epiſtola, ab vtra divinationis parte, *Chishulliana*, an *Bentleiana*, veriſimilitudinis optio pendeat, intelligentiſſimum quemque arbitrum ſtatuero. Illarum vero literarum talis fuit formula:

MONSIEUR,

Je vous remercis de tout mon coeur du Present obligeant, que vous m'avez fait de l'Inscription de Sigée, enrichie du sçavant Commentaire de Mr. Chisbull. J'ai lu le tout hier au soir avant que de me mettre au lit, & je fus confirmé par cette lecture dans l'opinion, que je vous ai dit, que j'en avois eu la premiere fois, que je l'avois vuë. Je prends la liberté, de vous envoyer mes raisons, que vous pouvez, si vous le jugez à propos, montrer au savant Auteur de cet Ouvrage, en y joignant mes remércimens, & des assurances de mon attachement à son service.

Mr. Chisbull nous dit (pag. 3.) que la plus petite Inscription se trouve au haut de la pierre, & non pas à coté, comme dans l'Edition. Je la metterai donc ici selon l'Alphabet commun, de la maniere qui suit:

Φανοδικο
εμιτοϱμοκ
ϱάleος το
πϱοκοννει
σιο κϱηlηρ
α δε καὶ υποκ
κϱηlηϱιον κ
αι ήθμον· ες π
ϱυlανηιον
εδωκεν συκε
ευσιν

NB. Dans la premiere Inscription ils se trouvent deux lettres, à savoir, Η & Ω, qui ne sont pas originaires Cadméennes.

Φανοδικο: ειμι: το η
ερμ:

ἐρμοκρατος: το προκο
νεσιο: καγο: κραΐερα
καπιςαΐον: και Ηεθμ
ον: ες πρυτανειον: κ
δοκα: μνεμα: σιγευ
ευσι: εαν δε τι πασχ
ο μελεδα: ιεν :∵ εο
σιγειες: και μεπο
εισεν Ηαισοπος και
Ηαδελφοι.

NB. Toutes Lettres Cadmennes, point d' Η *ni d'* Ω. Η *n' est autre chose, que l'* H *aspirée de Latins.*

Il est fort facile de lire, & d'expliquer la premiere Inscription, & Mr. Chishull l' a fait fort exactement: Phanodici sum Hermocratis Filii Proconnesii: craterem autem, & Basin, & Colum ad Prytaneum dedit Sigeensibus. — Phanodici *c'est à dire* Δωρον, Donum. *Je suis un present de Phanodicus, qui donna trois Vases, une Coupe, un Bassin, & une Couloire, pour l'usage du Prytaneum.*

Cette Inscription, à ce que je crois, étoit gravée sur l'un de ces trois Vasés, & fut transcrite sur cette pierre, ou d'abord, pour rendre le present public, ou après, lorsque ces vases furent vieux, à fin, qu'en les refondans, pour en faire des neufs, on ne perdit pas la memoire de celui, qui les avoit donné. La seconde Inscription, selon mon opinion, fut gravée sur un autre de ces memes Vases: mais il y a bien plus de difficulté à la lire, & à la distinguer, que la precedente. Il est clair cependans, qu'il y est fait mention du même Present, que dans la premiere, à savoir, d'une Coupe, d'un Bassin, Soucoupe,

ou Plat, & d'une Couloire. Seulement, ce qui dans la premiere eſt appellé Υποκρητηριον, *eſt appellé dans celleci* Ηπιςατος, *ſi vous ſuppoſez avec moi, que ces Inſcriptions furent gravées ſur ces vaſes, je vous dirai, qu'on eut raiſon d'en agir ainſi. Car il pouvoit arriver, ou qu'il s'en perdit quelqu'un, ou que l'un fut uſé devant l'autre; ou enfin que la même perſonne, quand même il n'y en auroit aucun de perdu, ou d'uſé, ne laiſſoit pas tous trois enſemble: de ſorte, qu'il n'y avoit pas de moyen plus ſur, pour perpetuer la memoire de ce Preſent, que de graver l'Inſcription ſur chacun des trois vaſes.*

C'eſt ainſi, que je lis, & diſtingue la ſeconde Inſcription: Φανοδίκου ειμι τῶ Ἑρμοκράτους τῶ Προκοννησίου κἀγὼ. Et ego ſum (*donum*) Phanodici Hermocratis Filii Proconneſii. *Je conçois, que ceci étoit gravé ſur la ſeconde Vaſe & par* Κ'αγὼ, & moi auſſi, *il ſignifie tout enſemble, & lui, & le premier.*

Il y a enſuite dans l'Inſcription: Κρατηρα Καπιςατον Καὶ ἡθμὸν ἐσ Πρυτανήιον ἔδωκα μνῆμα Σιγειεῦσι. *Comme il y a dans d'autres endroits de cette Inſcription, auſſi bien, que dans pluſieurs autres, ſoit Grecques, ſoit Latines, des foutes conſiderables, commiſes par le Graveur, il eſt clair, qu'il y en a une ici:* κδωκα, *pour* ἔδωκα, *& la neceſſité du ſens nous oblige encore, d'accuſer le Graveur d'une autre faute dans ce même mot; à ſavoir, comme dans l'Inſcription precedente* ἔδωκα *pour* ἔδωκε. *S'il n'avoit pas mis un* κ *pour un* ἔ, *j'aurois pu ſoupçonner, qu'il auroit mis ce verbe à la premiere perſonne* ἔδωκα, *parce qu'il auroit pu prendre* κἀγὼ, *comme appartenant*

nant à la derniere phrase & non pas à la premiere. Mais une faute aussi grossiere, que celle, de mettre une consonne, au lieu d'une voyelle, m'empeche de pousser plus loin une pareille coniecture. On lit en suite: Ἐὰν δέ πάσχω μελεδαινεν : ⁝ ·εοσιγειες. *Entre* ινεν, *&* εο, *il y a une lettre effacé sur la pierre, & on ne trouve point difficile d'en mettre un autre à la place. Je lis ceci de cette maniere:* Ἐὰν δέ τι πάσχω μελέδα, ἲν ἐνδέω, Σιγειες. Si quid autem (*detrimenti*) passus fuerit, curae (*erit*), ubi opus habeam, Sigeensibus. Μελέδη(*Aeolice* μελεδα) *est employé dans ce sens par* Hippocrate; *&* ἰν' ἐνδέω *est connu, & assez commun dans le Grecq, & vient très bien à la phrase. Il paroit, que le Graveur a oublié le* ι *dans le mot* σιγειες. *Mais on peut le lire fort bien au Nominatif* σιγειεις. Remedium erunt Sigeenses.

La derniere phrase est : Καὶ μ'ἐποιεισεν Ηαισωπος καὶ Ηαδελφοι: Et fecit me Aesopus, & fratres. *Cela s'accorde très bien avec les trois vases, si nous supposons, que ces Inscriptions ont eté mises sur tous les trois. Esope, Orfevre, ou Fondeur, & ses deux Freres en firent chacun un.*

Supposez, que cette pierre a eté la Base, ou le Pied d'estal de la Statue de Phanodicus, que cette Inscription parle comme seroit la Personne de Phanodicus, qu'il n'y avoit au commencement, qu'une Inscription, à savoir, celle d'en bas; celle d'en haut n'etant, qu'une interpolation de celle d'au dessous, ecrite plusieurs années après, & accommodée à la maniere la plus moderne d'ecrire, & de parler de ce temps là.

Mais premierement, il ne reste aucun vestige

de cette statue, ce n'est, qu'une pure conjecture, or si elle n'est pas tireé de la matiere, ou suite de l'Inscription, elle n'a aucun fondement. Car une Statue ne signifie rien à l'égard d'un Prytaneum, c'est à dire, d'une Sale à manger pour les Magistrats, & les Etrangers de distinction où ils etoient magnifiquement traités au depenses de la Republique. *Mr. Chisbull dans ses excellentes notes a lui même demontré la verité de ceci, & on pourroit même trouver sur cette matiere de faire un livre entier. Outre cela, il y a fort peu de proportion d'une statue à un Present d'aussi peu de consequence, que les sont trois Vases à boire, qui selon toutes les apparences n'etoient, que de cuivre. A quoi on peut ajouter, que dans ces premiers Siecles il y avoit peu, ou point de Sculpteurs, particulierement dans une aussi petite ville, que celle de Sigée.*

Que l'Inscription d'en haut soit plus nouvelle, peut être d'un Siecle entier, que celle d'en bas, c'est une chose, qui paroit d'abord improbable. S'il y en a une plus nouvelle, que l'autre, c'est certainement celle d'en bas. Auroit on laissé le haut de la Pierre, qui est le plus en vue, pour prendre le bas, qui étoit exposé à être ou gaté par la proximité de la terre, ou couvert d'herbes, & d'orties?

Mais sur tout la barbarie du stile, si l'Inscription parle dans la personne de Phanodicus, ou de sa statue, est non seulement choquante, mais impossible à defendre Φανοδίκου εἰμι Je suis (*la Statue*) de Phanodicus. *Absens que je suis de mes livres je ne veus pas l'affirmer comme certain, mais*

mais je crois, qu'on ne trouve en nulle part un exemple de cela.

Ce devoit etre un Nominatif Φανόδικος εἰμὶ *comme* χαλκῆ παρθένος εἰμὶ *cité par Mr. Chishull, & plusieurs autres dans l'Anthologie des Epigrammes. Le Genitif dans des pareilles Inscriptions sur des bases marque l'ouvrier, comme* ΑΥΣΙΠΠΟΥ, *& non la Personne, que represente la Statue.*

Elle continue ainsi: Je suis la statue de Phanodicus, κἀγὼ ἔδωκα, *& j'ai donné trois Vases pour le Prytaneum. Quoi? La statue a donné trois Vases? Qu'on ne nous dise pas cela pour l'honneur du bon sens! Il faut cependans prendre garde, que si la plus courte Inscription, qui est celle d'en haut, n'est pas originale, & contemporaine de celle d'en bas, on doit admettre une semblable construction, & que* κἀγὼ *doit se raporter à la phrase suivante, & non pas à la precedente, comme je l'y ai fait rapporter. Msr. Chishull est assez persuadé de cette absurdité d'expression; mais par un attachement pour son Inscription, etans bien aise de lui attribuer l'honneur d'avoir été mise en bas d'une statue, faite par le fameux Esope, il veut bien dissimuler la faute avec un* More prorsus Aesopico, *comme si Esope avoit fait non seulement la statue, mais aussi l'Inscription. Mais cela ne peut pas aller bien loin. Car quoique dans les fables d'Esope les betes, les arbres, les pots même parlent; ces betes &c. d'Esope y parlent mieux, qu'on ne suppose, que leur maitre parle ici.*

Je puis à peine m'imaginer, que Mr. Chishull ait parlé serieusement, lorsqu'il a fait tant d'honneur

neur à cette statue supposée. Esope n'étoit pas sculpteur; on ne dit pas, qu'il a jamais eu des Freres Αδελφοι. *C'est une chose fort singuliere, & sans exemple, qu'on donne trois Ouvriers à une seule statue. Enfin on ne peut pas dire qu'* Αδελφοὶ *signifie autre chose que* Συνεργοι. *Si la statue se change en Phanodicus lui même, lorsqu'il nous dit, qu'il a donné les vases: dans la phrase suivante Phanodicus redevient une statue: Si quelques accidens m'arrivent, dit-il, les Sigeens me doivent racommoder: j'ai été fait par Esope, & ses Freres. Et cependans il parle la plutôt comme Pot, que comme Statue. Car, lorsque une Statue est rompue, ou gatée, jusques à ne plus reconnoitre celui, qu'elle representoit, on ne peut pas la racommoder, il en faut faire une neuve: mais si un pot est ouvert, ou percé, ou s'il est gaté par des bosses, où des enfoncures, on y trouve facilement du Remede. Mr. Chishull lit ainsi ces mots:* ἐὰν τι πάσχω μελέδα ινειν ἐῶ Σιγειεῖς — — *mais il trouve une grande difficulté à rendre raison du point, & de l'espace vuide entre* μελεδα. & ινειν: ἐῶ (sino) *ne lui plait pas non plus, parcequ'alors il y a une lettre d'usée, & qui ne se trouve pas expliquée: ainsi il prefere* ἐρέω, (dicam, iubebo.) *Mais il ne fait pas reflexion, que de cette maniere il met une lettre de plus, qu'il ne faut, à savoir un* E. *outre cela en mettans* ἐρέω, *il ne faut plus mettre* Σιγειεῖς, *mais* Σιγειευσιν, *ou* Σιγειεσιν. *Je suis donc persuade, qu'il voudra bien m'accorder, que ma maniere de lire est la veritable, & qu'elle est certaine.*

Les difficultés, qui ont engagé Msr. Chishull a

a croire, que l'Inſcription d'en haut étoit plus nouvelle, que celle d'en bas, & qu'elle en étoit une Interpolation, ſont celles ci, à ſavoir, qu'on y trouve les lettres Η, *&* Ω, *à la place des quelles il y a dans celle d'en bas* Ε, *&* Ο, *qu'il y a dans la premiere* Υποκρητήριον, *dans la ſeconde, un mot, dit-il, qui nous eſt entierement inconnu,* Επιςάλος. *Mais mon explication rend aiſement raiſon de cette difference, tant à l'egard des lettres, que du mot. Car les deux Inſcriptions ont été tranſpoſées de la Gravure de deux differents Vaſes, faites par deux differens Ouvriers, chacun desquels écrivoit, & parloit à ſa maniere.* 'Επιςάλος *n'eſt pas un mot ſi inconnu: nous liſons dans Ariſtophane* τοῦ πιςάλου, (*a*) *c'eſt à dire* τοῦ ἐπιςάλȣ, *auquel quelques Grammaticiens donnent pour Nominatif* ἐπιςάλης, *& quelques autres* ἐπίςαλος. *Il ſignifie très certainement, dans ce Poëte quelque Vaſe neceſſaire dans le Ménage. Pourquoi ne ſignifieroit-il pas le meme, que dans l'Inſcription? Les Scholiaſtes n'ont pas ſçus, ce que c'étoit, comme il paroit par leurs interpretations ſi variés. Nous ſommes donc aſſez bien,* (*b*) *quant au mot. Mais l'autre* ὑποκρητήριον, *qu'on ſuppoſe etre plus nouveau, eſt auſſi, comme je le ſuppoſe, entierement inconnu, excepté dans l'Inſcription, dont il s'agit. Mais ce n'eſt point une choſe extraordinaire pour moi, de voir en même jour le même Vaſe appellé par un Ouvrier* ὑποκρητήριον, *& par un autre* ἐπίςατος, *l'un & l'autre de ces Noms ayant eté formé par les Ouvriers mêmes*

(*a*) Reſpicitur ſine dubio ad *Aves*. vs. 436.
(*b*) Forte omiſſum in Apographo, *d'accord*.

mes en même tems, que la figure des Vases fut inventée, & tous les deux pris de l'usage, auquel on les destinoit selon les differentes idées, que ces Ouvriers pouvoient avoir d'un Vase, qui en soutient un autre, & qui n'est soutenu par aucun. L'autre difficulté regarde Η, & Ω, *qui se trouvent dans la premiere Inscription, semblent fort peu d'accord avec l'antiquité de ce monument, si on ne la veut pas supposer plus nouvelle, que la seconde. Mais, selon mon iugement, c'est ce qu'on ne doit pas craindre. Si l'un ecrit* Η & Ω, & *l'autre* Ε & Ο, *cela prouve, que ce fut dans le temps iustement, que ces longues voyelles furent inventés, avant que la nouvelle Orthographe fut entierement etablie. Il n'est pas même necessaire de faire Simonides inventeur de ces lettres, c'est assez de supposer, qu'il les porta le premier à Athenes, ce qui suffisoit dans cette ville là, pour lui procurer cet honneur.* Ἑρμοκρατεος & κρητηρα *sont tout aussi anciens, si on l' ecrit* πρυτανειον, & *qu'on ne mette pas un* Ε *pour un* Η, πρυτανηιον. Ιωτα *dans* ηιον *peut etre ou prononcé, & faire une Syllabe, ou adiunctum, c'est à dire* ιωτα *subscriptum, à la maniere Aeolienne, comme je me souviens de l'avoir vu dans ces deux vers de Sappho (b) dans Hephaestion :*

Ηρ' ἔτι Δινομένει τῷ τυῤῥακηῳ
τ' ἄρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν μυρσινήῳ.

Quant à moi, quoique l'un & l'autre Ouvrier me

(*b*) Memoria Virum magnum fefellit. Sunt potius *Alcaei* v. *Hephaestionis* Εγχειρίδιον, p. 51. ed. *Pav.* m.

me paroisse assez ignorant, en ce que l'un ecrit Συκευσι, *& l'autre* Σιγαιευσι, *qui ne sont nullement orthografié selon la Grammaire; cependant le Graveur de la seconde Inscription me le paroit encore plus, que l'autre. Car il ecrit* ἐποιεσε, *&* αἰσωπος, Ἡθμος, *avec un aspiré, au lieu, que l'autre ecrit* Ἠθμος *avec le doux.*

Mr. Chisbull voudroit reformer nôtre Ortographe, & sur cette autorité, que nous ecrivissions, & lussions à l'avenir ἡθμὸς, *& non pas* ἠθμος. *Mais il faut donc, que nous corrigions vingt Auteurs, qui ecrivent tous au composé* απηθειν, *&* ἀπηθημα, *& non pas, comme l'aspiré le demanderoit,* ἀφηθεῖν, *&* ἀφήθημα: *il faut de meme* αυταδελφος, *& non pas l'aspiré* αυδαδελφος. *L'ignorance du Graveur paroit encore dans sa meme position du* σιγμα *dans les deux lignes du* Βυςροφηδὸν *de cette maniere* Z: *au lieu que dans l'une il faut* Z *& dans l'autre S.*

Monsieur, j'ai eté trop long pour un ex tempore, & trop court, pour une discussion exacte, si je me trouvois au milieu de mes livres.

Si vous montrez mes Remarques à Mr. Chisbull, je vous pries du moins, qu'elles n'aillent pas plus loin, à fin que je n'ai de publique dispute avec personne. Je ne veus disputer, si je puis, avec un homme vivant; encore moins sur la matiere en question avec un homme pour la profonde science du quel j'ai une aussi juste estime, & à l'ouvrage, du quel je souhaite un si heureux succes.

J'ajouterai neanmoins encore une Remarque, puisqu'il me reste du papier.

Mr.

Mr. Tournefort a apporté de la Grece une petite Inſcription, qui ſe voit à Delos ſur une baſe, qui ſoutenoit autrefois la Coloſſe d'Apollon.

Les lettres en ſont de la meme figure, que celles de notre monument de Sigée. En lettres d'aujourd'hui elle eſt, comme s'en ſuit:

ΟΑFΥΤΟ ΛΙΘΟ ΕΜ ΑΝΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΕΛΑΣ

Le Pere Montfaucon la lit ainſi:

Εν τω λιθω ειμι ανδριας και το σφελας
In lapide ſum ſtatua & baſis

Ce qui eſt avec beaucoup de raiſon critiqué par Mr. Chilhull, comme s'ecartant de l'original, & en meme temps du bon ſens. Mſr. Chishul ſuit exactement les lettres, & lit ainſi:

Ου αυτȣ λιθȣ ειμι ανδριας καὶ το σφελας
Non ſum eiusdem lapidis ſtatua & baſis

Mais, avec la permiſſion ce temps (c) paroit trop bas, & peu digne de l'attention des lecteurs. Car, qu'y a t-il d'extraordinaire, qu'une ſtatue & ſa baſe ſoient de deux pierres differentzs, lorsque dans les grandes ſtatues on ne pouvoit, pour ainſi dire, jamais faire autrement, & qu'on ſe contentoit de joindre, & ſouder la ſtatue a la baſe. Je vais eſſayer, ſi je puis mieux reuſſir, & je ſuiverai les lettres fort exactement. Je ne demande pour

(c) Ita legitur in Apographo, ſed, ni fallor, legi debet: *ſens.*

pour cela, que la permiſſion de ſuppoſer un Ταυ, *que le cours de plus de* 2000. *ans peut fort bien avoir effacé. Je mets ce* Ταυ *au commencement, & je lis ainſi:*

Του αυ]ου λιθου ειμι ανδριας και]ο σφιλας.

Ex eodem lapide ſum ſtatua & baſis (*d*).

c'eſt à dire ſelon la prononciation d'alors, & l'orthographe d'aujourd'hui:

Ταυτου λιθου ειμι ανδριας και το σφελας

Qui eſt un veritable vers Jambique, & qui fait valoir la correction. Cela valoit la peine, d'etre appris aux paſſants, puisque pour un Coloſſe, d'etre

(*d*) Hujus emendationis Bentlejanae cauſa in conſilium vocetur non modo incertus auctor *Obſervationum in quasdam Inſcriptiones a Whelero & Sponio in Itineris Deſcriptione publicatas.* p. 200. *Miſcellanear. Obſervation.* Vol. III. Tom. II. qui primus nominatim edidit *Bentlejum*: ſed etiam *Jac. Philipp. Dorvilius* in eximia *Exercitatione, qua Inſcriptionibus Deliacis certa aetas adſignatur.* p. 24. = 27. earumdem *Miſcellanear. Obſervation.* Vol. VII. Tom. I.

d'etre d'une meme pierre avec la base, devoit etre non seulement extraordinaire, mais d'une grande depense. &c. &c.



L. S. D.

L. S. D.

HENR. IOAN. ARNTZENIVS.

Thomae Wopkensio, adcuratae doctrinae homini, semel iterumque olim fidem dedi, de edendis Ipsius in Sulpicium Severum, Tacitumque Commentariis, &, quas prelo paratas habebat, Adnotationibus, si forte per aetatem, aut morte inpediretur, quo minus ipse perficeret, eoque fuit effectum, ut ex ultimo voluntatis judicio, quo me honoravit, per heredes mihi traditae fuerint illae Viri egregii lucubrationes, de quibus in Praefatione ad Sedulium monui. Datam in Tacito fidem ut iam solvere possim, fecit laudabile Trajectinae Societatis consilium, quo istiusmodi eruditorum Observationes ab interitu vindicari queant. Hoc Tua scire intererat. Fruere his in elegantiorum litterarum commoda, Wopkensiique in iisdem adjuvandis studium, omni praeconio dignissimum, grata mente prosequere.

THOMAE WOPKENSII
IN
C. CORNELII TACITI
OPERA
ANIMADVERSIONES CRITICAE

IN
ANNALES.
LIBRO PRIMO.

Cap. I. *temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur.*] Barclajus ad V. Agric. c. 1. legebat *d. g. a. detinerentur.* At melius Lipsius *d. g. a. detererentur.* ut praeter exempla ab ipso adlata, Seneca de Tranq. c. II. *excitandi se abstrahendique materia .. gratior pessimis quibusque* ingeniis, quae *occupationibus libenter* deteruntur. Symmachus I. epist. 17. *Nunquam eveniet, ut* ingenium *tuum labor* deterat .. *facundiam usus exhauriat.* Cum Gronovio tamen existimo, nihil sine libris mutandum, & *deterrerentur* posse accipi pro avocarentur, retraherentur nempe a dicendis illis temporibus. *Non defuere temporibus A. dicendis*, hoc est, non neglexerunt vel omiserunt dicere illa. Hegesipp. lib.

lib. III. 55. *Nec duces hostium augendae famae* deerant.

Cap. III. *M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militia, & victoriae socium.*] Non erat cur Nic. Heinsius (*Animadv. ad* Tacit. in Misc. Observ. anni 1738.) mallet *bonum militiae*, tametsi Graecismus ejusmodi usitatus sit. Horat. I. epist. 10: 34.

Cervus equum pugna melior *communibus herbis*
Pellebat.

ubi vide Celeb. Bentlejum, nec non Cortium ad Sallust. Iug. c. XIII. quem locum, uti & Drakenb. ad Silium X. 76. nunc in defensionem hujus ablativi adductum video a viro Eruditissimo Jo. Aug. Ernestio.

Cap. IV. *Postquam provecta iam senectus, aegro & corpore fatigabatur; aderatque finis & spes novae; pauci* &c.] *Et* saepe pro etiam, insuper, ponitur, ut in exemplis a Pichena adlatis; in quibus tamen nulla ejusmodi transpositio est hujus particulae, quam cum viro laudato putabat Gronovius, quaque hîc *aegro & corpore fatigabatur* dici credebant pro *& aegro c. f.* quomodo copulam hanc apud Poëtas trajici solere notum. Hoc autem in loco minus insolens foret, *aegro etiam corpore f.* i. e. aegroque c. f. vel atque aegro etiam c. f. de quo usu τῦ *etiam* & *quoque* videmus ad lib. II. 31. Minore tamen mutatione cum Lipsio mallem legi *& aegro corpore f.* nisi & cogitari posset, *postquam provecta jam senectute aeger* (sc. erat), *& corpore fatiga-*

batur, Cujusmodi ellipsin verbi *esse* illustramus ad ista Hist. II. 19. *Postquam in conspectu Padus* (erat) & *nox adpetebat*, *vallari castra placuit*. *Aeger senectute*, ut *invalidus senectâ*, lib. III. 43. & lib. XIII. 6. *aegra senectus*, ibid. c. 30. *senectute confectus*, Lactant. II. 4: 36.

Ibid. *ne iis quidem annis*, *quibus Rhodi specie secessus exulem egerit.*] Haud facile cum Mureto refingerem *exul egerit.* lib. XIII. 14. *velut* arbitrum *regni* agebat. Hist. I. 30. *etiam cum* amicum *imperatoris* ageret. lib. II. 83. socium *magis imperii*, *quam* ministrum agens. vide lib. IV. 2. & 21. ad Justinum I. 6.

Cap. VI. *quomodocunque ipse supremum diem explevisset.*] Sic lib. II. 42. finem vitae *sponte an fato* inplevit. lib. III. 76. *Et Junia LXIV. post Philipp. aciem anno* supremum diem explevit. l. VI. 50. *Decimo septimo Kal. Apr.* .. *creditus est* mortalitatem explevisse. Hegesipp. IV. 3. *Chares aeger corpore* .. mortem implevit.

Cap. VII. *vultuque composito*, *ne laeti excessu principis*, *neu tristiores primordio*, *lacrimas*, *gaudium*, *questus*, *adulatione miscebant.*] Jac. Gronovius (adnuente Cortio ad Sallust. Cat. c. XX. 8. e MSto Florent. legit, *neu tristior primordio*. Sed quoniam, ut jam alii viderunt, talis numeri sing. ac pluralis enallage Latinis prorsus est intolerabilis, aut retinenda altera scriptura, aut leviter sic restituenda, *ne laetus* (vel *laetior*) *excessu principis*, *neu tristior primordio* scil. esset vultus. Duram hanc verbi substantivi ellipsin post conjunct. *ne* considerabimus infra ad lib. III. 3.

Ibid

Ibid. *Dabat & famae, ut vocatus electusque potius a rep. videretur, quam inrepsisse.*] Horatius Sat. II, 2. 94.

> Das *aliquid* famae, *quae carmine gratior aurem*
> *Occupet humanam.*

Cicero Tusc. I. 45. *quantum autem consuetudini famaeque* dandum *sit, id curent vivi, sed ita* &c. Pichena jam contulit hoc Senecae Clem. I. *principes multa debent etiam* famae dare.

Cap. VIII. *Tum consultatum de honoribus; ex quis maxime insignes visi, ut porta triumphali duceretur funus, Gallus Asinius; ut legum latarum tituli .. anteferrentur, L. Arruntius censuere.*] Non satis constat horum, *ex quis maxime insignes visi*, cum sequentibus syntaxis, nisi legamus, *ex quis maxime insignes visi* (scil. sunt), *ut p. t. d. funus*, ut *Gallus Asinius; ut l. l. t .. anteferrentur*, ut *L. Arruntius censuere.* Utrobique facile elabi particula *ut* potuit. Vel potius, deleta voce *visi*, scribendum *ex quis maxime insignes, ut p. t. d. funus, G. Asinius;* ut l. l. t. .. *anteferrentur, L. Arr. censuere.* ut accusativus *insignes* (scil. honores) regatur a verbo *censuere*, & *censere honores* dicatur, ut lib. III. 72. *Et* censuere *Patres effigiem Sejano; quae apud theatrum Pompeji locaretur.* lib. IV. 74. aram *Clementiae, aram Amicitiae*, effigiesque *circum Caesaris ac Sejani* censuere.

Ibid. *diem illum crudi adhuc servitii & libertatis improspere repetitae, cum occisus Caesar* &c.] Perperam Jac. Gronovius cum alicubi vitiose scriptum videret *improspera repetita*, inde con-

conjiciebat *inprospera repetita;* quasi sic *inprospera libertatis* dici posset, ut alibi *multa laudis & artium imitanda.*

Cap. XI. *proferri libellum recitarique jussit. Opes publicae continebantur:* &c.] Amicus Rykii (quem Nic. Heinsium esse hic ad lib. XIV. 22. haud obscure indicat) legebat, *jussit, quo opes publicae c.* in Animadv. autem suis volebat, *jussit. Opes publicae eo continebantur.* Ita quoque ellipsi hac offensus, in his Hist. II. 13. *cum .. interrogarent, ubi filium occuleret, uterum ostendens,* latere *respondit, hic* ante *latere* injicit, quemadmodum *ea* ante *condita* Schefferus in verbis Hygini Fab. CXIX. *urnamque secum adfert, dicitque Orestis ossa* condita *esse.* Digna igitur haec forma, quam sequentibus exemplis adferamus. Lib. II. 60. *referebat* habitasse (ibi) *quondam septingenta millia aetate militari.* Lib. III. 18. *ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando M. Antonii* &c. (in iis) manerent. Hist. IV. 1. *nihil .. clausum sinebant, Vitellianos* (ibi) occultari *simulantes.* de M. Germ. c. XXXII. *hi lusus infantium* .. (in his) perseverant *senes.* Cicero Catil. II. c. 8. *quod aut diduci de sententia possent, aut si* (in illa) permanebunt, *magis* &c. in Pison. c. XXXVIII. *domum .. obsidere coeperunt, & cum* latere (illic) *hominem putarent, ignes circumdederunt.* Augustin. Ep. XV. *quam si deseruerit, tantum faciat necesse est dolorem, quantum* manens (in illa) *fecerat gaudium.* Vulg. Int. 2. Regum XVI. 2. *Asini domesticis regis,* ut (in iis) sedeant. Jerem. XXXIII. 10. *in loco isto, quem vos dicitis esse desertum, eo quod non* sit (ibi) *homo, nec jumentum.* Adde

quae

quae ad lib. XV. 52. de M. Germ. c. XXXI. Justinumque lib. VII. 1: 7.

Cap. XII. *Perculsus improvisa interrogatione*, &c.] Ernestius, invitis licet codicibus, legit *percussus*, cum potius si sic haberent cuncti libri, restituendum tamen esset *perculsus*. ut Hist. IV. 16. perculsi*que milites* inprovisa proditione, *a sociis .. caedebantur*. & lib. III. 36. *Atque illum .. proditio L. Bassi ..* perculit . ubi vir laudatus, in notis non cunctatus rescribere *percussit*, errorem suum agnovisse quodammodo videtur, cum in Addend. scriberet „ sed tamen & supra II. 25. dixit *mendacio eos* perculit *atroci*." Isti autem loco addi possunt ibid. c. 53. lib. IV. 30. Ann. I. 28. & IV. 54. & innumera alia, cum nusquam verbo *percutere* sic absolute pro concutere, commovere, perturbare utatur Tacitus, eaque ejus notio apud alios etiam scriptores sit insolentior. Ita rursum frustra cum illo Oudendorpius Celeb. vel refragantibus libris *percussit* scribendum putabat, Suet. Tib. c. XI. Perculsus *igitur inopinata re* &c. Omninoque legerim Cicer. Fam. IX. ep. 25. *repente* perculsus *est atrocissimis litteris*. vide etiam notata ad Sallust. Cat. c. VI. & alibi.

Cap. XV. *Sed decreta pecunia ex aerario, utqueper circum triumphali veste uterentur: curru vehi haud permissum.*] Ista *utque per c. t. v. uterentur*. Gronov. sic intelligit, quasi dictum esset; *simulque decretum ut per. c. t. v. u.* vel *utque p. c. t. v. uterentur permissum.* Ego solum amplector priorem supplendi rationem, quia sic lib. XIV. 12. decernuntur *supplicationes apud omnia pulvinaria*, utque *Quinquatrus .. ludis*

annuis celebrarentur. vide & geminam rationem ibid. 59. lib. IV. 16. lib. VI. 48. lib. XIII. 41, & lib. XVI. 9. Livius XL. 44. *Ludi* decreti, & ut *duumviri .. crearentur.* & passim ille alibi, ut & noto ad Sall. Cat. c. XXX. 3. Confer quae ad Min. Felic. c. XVIII.

Cap. XVI. *nisi quod .., ex civili bello spem praemiorum ostendebat.*] Freinshemio Ind. Flori scribendum videbatur *ostentabat.* Sed ut promiscuum horum verborum usum ostendit Duker. ad Flor. III. 5: 4. ita *spem ostendere* dixit quoque Vellej. Pat. II. 74. Cicero Attico XI. ep. 11. & in Verrem IV. 34.

Cap. XVIII. *Properantibus Blaesus advenit, increpabatque ac retinebat singulos,* &c.] Verbum *properantibus*, hic merito retentum a nupero editore, his ego exemplis adseruerim. Lib. XV, 6. *& omnia simul* properantur: *clauditur cubiculo* &c. Sallust. Jug. c. XXXVII. *aut cupidine caecus vineas agere, aggerem jacere, alia quae incepto usui forent*, properare, Horatius IV. od. 11.

Cuncta festinat *manus: huc & illuc*
Cursitant mixtae pueris puellae.

Cap. XIX. *Aggerebatur nihilominus cespes, jamque pectori usque adcreverat, cum* &c.] Non sane intelligo, qua ductus ratione Jac. Gronovius ex MSti lectione ista *pectori ejusque*, refingat *pectoribusque adcreverat* vel *pectori & usque adcreverat.*

Cap. XX. *Vetus operis ac laboris.*] Aliis alia molientibus, haec scriptura merito placuit Lipsio

ſio & Pechenae, quem etiam adi ad Hiſtor. IV. 20. Silius Italic. IV. 532.

gnaros belli veteresque laborum.

Plura Heinſius ac Drakenb. ad eundem XI. 26. Inconſulta autem rurſus ad hunc locum eſt Jac. Gronovii adnotatio.

Cap. XXI. *nihil reliqui faciunt*, *quo minus invidiam*, *miſericordiam*, *metum & iras permoverent.*] Heinſius volebat *q. m. invidia*, *metu & ira permoverent:* & ablativis aptius verbum *permoverent* videbatur Erneſtio, quia invidia *movetur*, non *permovetur*. Sed primo ſic durius hic ſubaudiretur accuſativus perſonae *circumſtantes*. Et porro verbum *permovere* ita pro movere occurrit lib. III. 23. *tantum miſericordiae* permovit, *ut effuſi in lacrimas* &c. ſic & XVI. 32.

Cap. XXII. *quem miſſum ad vos de communibus commodis.*] Sic Sulp. Severus V. Martini cap. IV. *Poſtero die hoſtes legatos* de *pace* miſerunt, ubi plura.

Ibid. *Reſpondi*, *Blaeſe*, *ubi cadaver abjeceris.*] Minus bene J. Gronovius ex MSto reſtituebat *abegeris;* in quod verbum alterum ſaepius depravatum, obſervavit Munker. ad Lactant. Placid. X. fab. 10. *Ubi cadaver abjeceris*, ſcil. in terram, vel in fodinam aliquam: ſic enim locus, in quem abjectum eſſet cadaver, ſubaudiendus omittitur, non vero indicatur vocula *ubi*, quaſi illa corruptae Latinitatis more pro *quo*, *in quem locum* poneretur; ut recte obſervavit J. F. Gron. Ita Livius XXIV. 36. ubi *frumenti magna*

gna vis commeatusque omnis generis convecti *erant*, scil. in apothecas; qua forma non animadversa, Faber necquicquam legebat *quo frumenti* &c. Frontin. Strat. III. 4. 6. *frumenta .. apud eos deposuit. Deinde datâ operâ, ut tectorum camerae*, in quibus *id conferebatur, rescissae pluviam reciperent;* &c. Sic maluit quam, *in* quae *id conferebatur*. Sueton. Nerone c. XLVIII. *Equo autem odore* abjecti in via *cadaveris consternato*, &c. in Galba c. XX. *caput* .. eo loco, *ubi jussu Galbae animadversum in patronum suum fuerat*, abjecit. Solinus Polyh. c. VIII. *Insula Ligia adpellata*, abjecto ibi *corpore Sirenis ita nominatae*. c. XVI. *Avem noctuam Creta non habet*, *&* *si* ibi *invehatur*, *emoritur*. Sulp. Sever. Dial. II. 11. *Miles quidam cingulum* in ecclesia .. abjecerat. Confer Justin. XLIV. 4. *parvulum* .. tramite *angusto*, *per quem armenta commeare consueverant*, projici *jussit*. ubi *tramite projici* male exponeres in tramitem projici. Vide & Nepot. Hann. c. IX.

Cap. XXVI. *cur venisset .. nulla benefaciendi licentia.*] Hoc est, c. v. sine ulla ben. licentia. lib. XV. 19. *quod* .. nullis oneribus *gratiam honores cuncta promta & obvia haberent.* Cicero pro Milone c. X. *Obviam ei fit Clodius expeditus in equo*, nulla rheda, nullis impedimentis. Livius XXXIV. 30. *P. ad imperatorem venit*, nullis *aliis* mandatis, *quam ut* &c. ubi ex Moguntino ac forte paucissimis aliis codd. malunt *nullis cum aliis mandatis*, &c. cum verior vulgata scriptura videatur. Pluries ablativi hujusmodi absoluti se nobis obgesserunt defendendos. Vide infra ad lib. XVI. 10. & ad Justin. XI. 15: 7.

Cap.

Cap. XXVIII. *Nam luna claro repente coelo visa languescere.*] Sic optime emendavit Lipsius scripturam mendosam *clariore poene coelo v. l. Repente* (i. e. inopinato), per trajectionem usitatissimam, referendum ad *visa languescere*, neque hanc verborum seriem pravam dicere Jac. Gron. debuit. Mecum nunc sentit Erud. Ernestus.

Ibid. *Id miles .. omen praesentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris adsimulans, prospereque cessura, quae pergerent, si fulgor .. redderetur.*] Frienshemius abesse vult copulam *ac* ante *suis laboribus*, Heinsius autem refingi in *hanc*. Liceat suspicari, *omen praesentium accipiebat, suis laboribus* &c. Illud *quae pergerent*, pro quae instituta peragerent, dudum vindicavimus Lection. Tull. III. 2. idque post Palmerium in Spicil. p. 706. & Burmannum ad Val. Flacc. IV. 690.

Ibid. *Accitur centurio Clemens, & si alii bonis artibus grati in vulgus.*] Spernendum judicabat Pichena *qui*, quod irrepserat ante *alii*: illud tamen postulat, ni fallor, mos auctoris nostri, nisi malimus, *& qui alii* vel *& si qui bonis* &c. Infra c. 32. *vigilias, stationes, &* si qua alia *praesens usus indixerat, ipsi partiebantur.* Sic c. 35. & alibi. *Bonis artibus* i. e. virtutibus, vel probis, laudabilibus rationibus. lib. XIII. 30. *cui .. praecipuae .. opes* bonis artibus, *inoffensa tot imperatorum malitia fuit.* vide XIV. 57. Hist. I. 17. *quorum favorem ut largitione & ambitu male acquiri, ita per* bonas artes *haud spernendum.* Ita c. 30. & lib. III. exeunte: lib. IV. 1.

Cap. XXXI. *Vernacula multitudo lasciviae sueta, laborum intolerans, implere ceterorum rudes*

des animos: Venisse tempus.] *Implere* pro concitare, exagitare. Livius XXVI. 26. *eundem litteris falsis urbem* implesse, *bellum in Sicilia esse*, &c. Adi viros doctos ad Statii Theb. X. 35. Ovid. Metam. VII. 120. & Val. Flacci II. 126. Valde tamen verisimili conjectura Acidal. malebat *impellere ceterorum animos*, quia sic c. 16. *is* imperitos animos .. impellere *paullatim nocturnis conloquiis*, *aut* &. Addi potest Virgil. Æn. IV. 22.

> *Solus hic inflexit sensus*, animumque *labantem*
> Impulit.

Cap. XXXII. *Id .. praecipuum indicium magni atque implacabilis motus, quod neque disjecti, nil paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent.*] Rhenanus aliique legunt, *quod neque disjecti, vel paucorum i.* quomodo *neque* esse deberet etiam non. Ego cum Grotio potius, *quod neque disjecti nec paucorum i.* Nec tamen displiceret, *quod nil disjecti neque paucorum instinctu*, scil. agerent. lib. III. 46. *Non diu haec* (egit) *nec apud laetos*. lib. VI. 14. *ex quis Geminius .. nihil* (agebat) *ad serium*. Hist. I. 36. *nec deerat .. adorare vulgum, jacere oscula, & omnia* (agere) *serviliter pro dominatione*. V. Agric. c. XIX. *nihil per servos libertosque publicae rei* (agebat). Cicero pro Mil. c. XIV. *nihil per vim unquam Clodius, omnia per vim Milo.* ad Attic. X. ep. 4. *hoc loco multa perliberaliter*. & ep. 12, *nos jam nihil nisi occulte*. lib. XVI. ep. 3. *quamquam nihil ab illo arbitror indiligenter neque illiberaliter*, ad Brutum ep. XV.

Ex-

Existimo equidem nihil a te nisi sapienter. Adde quae ad Vellej. Pat. II. 125. & infra ad lib. XV. 11. Hist. I. 84. Suboffendi librarius hac ellipsi potuit.

Cap. XXXIII. *Nisi quod castitate & mariti amore quamvis indomitum animum in bonum vertebat.*] Quod *vertere* aliquando pro *verti* dixit Tacitus, id satis non erat caussae, cur Heinsius *indomita animi*, *indomitus animus* vel *indomito animo* legendum putaret. *Castitate .. animum in bonum vertebat*, valet fere, castitas illi animum in bonum vertebat, quomodo *fortunam praelii mutare* dicitur Hist. II. 23. cui mutatur fortuna p. & *Augere virtutem*, *potentiam*, lib. III. 45. & Ann. XI. 29. *Intendere odium*, lib. XIII. 15. *Alere virtutem*, *audaciam*, Hegesip. V. 29. & 42. Adi etiam quae ab Vellej. II. 81.

Cap. XXXIV. *Quanto summae spei propior.*] Livius XXVI. 27. *quo* propius spem venerant .. *pulsos inde Romanos esse*, *eo plus* &c.

Cap. XXXV. *Nudant universi corpora.*] Jac. Gron. cum MSto malebat *universa*: sed merito suppressa deinceps illius notula.

Ibid. *Pabuli*, *materiae*, *lignorum adgestus.*] *Materiam* de ligno aedificationi cuilibet accommodato, *ligna* de illo, quod in foco adhibetur, recte intelligere Rykium puto. Sic Plinius X. epist. 50. *per hunc marmora*, *fructus*, ligna, materiae .. *ad mare devehuntur*, cum nota Buchneri.

Ibid. *Incusant vallum*, *fossas* .. & *siqua alia ex necessitate aut adversus otium castrorum quaeruntur.*] Hoc est requiruntur, usui sunt. Severus Epist. V. 21. *ut quod etiam a nubentibus*

quae-

quaeritur, *ab omni se delicto custodiat*, &c. Sallust. Jug. c. XCVIII. *collis .. usui opportunus, quia .. pauca munimento* quaerebat. ubi plura. Frustra ergo Heinsius .. *castrorum, queruntur.*

Ibid. *Fuere etiam, qui .. pecuniam reposcerent, faustis in Germanicum ominibus, & si vellet imperium, promtos ostentavere.*] Placet mihi cum Ernestio illud *promtos ostentavere*, pro quo alii malebant *promtas* vel *promta o.* lib. IV. 59. *dum a libertis .. exstimulatur, ut* erectum *& fidentem animi* ostenderet. lib. XII. 1. *suam quaeque nobilitatem, formam, opes contendere, ac* dignam *tanto matrimonio* ostentare. Sic enim recte MSS. Flor. & Guelf. cum Vett. edd. Justin. XXVII. 2. *pro fratre* hostem, *imploratus* exhibuit, ubi de hac forma copiosius. Non opus autem cum viro laudato, transposita copula *&*, legi *F. e. q. .. p. reposcerent, & faustis in G. ominibus, si vellet imperium, promtos ostentarent*: vel *F. e. q. .. p reposcerent. Et faustis — ostentavere.* Sensus vulgatorum verborum, .. reposcerent, dum fausta Germanico ominantur, & .. promtos ostentant. *Ostentavere* pro *ostentantes*, ex tali indicativi usu, de quo ad lib. XV. 17. & alibi.

Ibid. *Quidam singuli propius incedentes, feriret, hortabantur.*] Muretus *propius accedentes*, Heinsius *propius incendentes*. Sed *propius incedere* sic rursum dr. lib. XV. 131. *modo castellum .. adpugnare*; propius incedens; *quam mos Parthis*. lib. IV. 47. propius incedentes *eruptione subita turbati sunt*. lib. III. 9. *dieque & ripa frequenti .. vultu alacres* incessere. lib. XIV. 39. *Nec defuit P. quo minus ..* incederet. Et sic dictionem *incedere moestos locos* ex c. 61. hujus li-

libri, huc contulit jam Gronovius. Unde & *incessus* pro accessu IV. 34. & VI. 33. atque alibi. Confer. ad lib. XI. 32.

Cap. XXXVI. *Augebat metum .. si omitteretur ripa, invasurus hostis, ac si auxilia .. armarentur, civile bellum suscipi: periculosa severitas, flagitiosa largitio, .. in ancipiti respub.*] Non inconcinne Heinsius conjectat *periculosam severitatem, flagitiosam largitionem, .. in ancipiti remp.*, scil. intelligebant vel existimabant esse, qualis ellipsis frequens. Mihi tamen citra librorum veniam, tantum non indulserim, neque ita incommode nominativos hos *periculosa severitas* &c. referamus ad praecedens *augebat metum.* Quamvis nec repugnem, si quis cum Ernesto ad hos subaudiat verbum *erat.*

Cap. XXXIX. *Extractumque cubili Caesarem, tradere vexillum intento mortis metu, subigunt.*] Nullam vim Caesari factam putat nuperus interpres, eumque proinde *extractum cubili* dici, quatenus strepitu commotus inde surrexerit. At vereor equidem, ut verbi emphasi satisfaciat ista explicatio: & potuit sane vis adhiberi aliqua.

Cap. XLI. *Gemitusque ac planctus etiam militum aures oraque advertêre.*] Quod noster hic & saepius *advertere*, idem quoque alii *convertere* dixerunt. Livius XXVI. 29. *ut comploratio eorum flebilesque voces & extemplo* oculos *hominum* converterent, *& postmodum sermones praebuerint.* Petronius Sat. c. XXXV. *Novitas tamen omnium* convertit oculos. Obsequens Prod. c. CXXVIII. *stella .. convertit omnium oculos.*

ubi noli cum Cl. Oudend. *in se post omnium im-mittere.*

Ibid. *Feminas inlustres .. pergere ad Treveros & externae fidei.*] Durius subauditur *homines*, ideoque Heinsius suspicabatur, *& externa fidei*, i. e. & externam fidem. Sed *& externae fidei* (scil. esse), valet & ad externam fidem tutelamve pertinere. Livius XXI. 41. *emisimus ex obsidione, pacem cum victis fecimus*, tutelae nostrae *deinde duximus, quum Africo bello urgerentur.* lib. XXIV. *& corpus suum ceteraque omnia, quae* suae fidei *tutelaeque* essent. lib. XLII. 19. *petere ut eum non sub hospitum modo privatorum custodia, sed* publicae *velut curae atque* tutelae esse *vellent*. quae loca Gron. contulit ad ejusdem I. 6.

Ibid. *Isque ut erat recens dolore & ira, apud circumfusos ita coepit.*] Nulla uti librorum auctoritate, ita nec ratione satis firma ablativos *dolore* & *ira* in genitivos migrare volebat Heinsius: eademque inanitate mutabat ista lib. IV. 52. *recens praefecturâ.* lib XV. 59. *stipendiis recentes.* lib. II. 66. *veterem stipendiis.* Hist. III. 19. *recentia caede vestigia.* Omisit autem illud Hist. III. 77. *recens victoriâ miles*, ubi tamen Rykius cum Agr. codice malebat *recenti v m.* Sed & huic viro & Heinsio assensum jure optimo denegavit Cl. Ernestius.

Cap. XLII. *Primane & vicesima legio .. egregiam duci vestro gratiam refertis.*] Forte *egregiam hanc duci v. g. r.?*

Cap. XLV. *Nam primi seditionem caeptaverant.*] Satis frequens hic pleonasmus vocis *primus.* Solinus Polyh. c. XII. *qui exordium Ar-*

chi-

obivae nobilitati primus *dedit*. Virgil. Aen. III. 8.

Vix prima *inceperat aestas*,

& lib. II. 268.

Tempus erat, *quo* prima *quies mortalibus aegris*
Incipit.

ubi frustra Barth. *incidit* legebat ad Stat. Theb. I. 340.

Cap. XLVI. *Eundemque severitatis & munificentiae summum.*] *Summus sev. & mun.* in Ind. M. Freinsh. exponitur utriusque arbiter: cur non potius utraque summus, excellens? Genitivo simili dicitur *ultimus fugae*, *ingens rerum*. Hist. III. 16. & IV. 66. ubi plura.

Cap. XLVII. *Multa .. angebant; .. exercitus .. ille Galliarum opibus subnixus, hic Italiae imminens: quos igitur anteferret? ac ne postpositi contumelia incenderentur.*] Heinsio videbatur legendum *hac ne postpositi c. i.* Suspicari etiam posses, *q. i. anteferret sic* (vel *ita*) *ne postpositi c. i.* lib. II. 29. *mox libellos & auctores recitat Caesar*, ita *moderans*, ne *lenire neve asperare crimina videretur*. Et similis sedes particulae *sic* in his Caesar. B. Gal. V. 17. *repente .. advolaverunt* sic, *uti ab signis legionibusque non absisterent*. Sed vulgata tolero, hoc sensu: angebatur igitur, quinam eligendi essent, tum etiam metu isto, ne postpositi contumeliâ incenderentur.

Cap. LI. *Quod gnarum duci: incessitque itineri & praelio. Pars equitum & auxiliariae co-*

hortes ducebant: mox prima legio: & mediis.]. An potius *intenditque itineri & praelio?*

Cap. LII. *Nunciata ea Tiberium laetitia curaque adfecere: gaudebat oppressam seditionem, sed largiendis* &c. *angebatur.*] Sallust. Catil. c. XLVI. *Atque illum ingens* cura *atque* laetitia *simul occupavere : nam laetabatur civitatem periculis ereptam esse: porro autem* anxius *erat* &c.

Cap. LIII. *quidam .. missos tradidere auctore Tiberio, qui famam caedis posse in Asprenatem verti, frustra speraverat.*] In obliqua quidem ejusmodi oratione elegantior foret subjunctivus *speraverit*, quem restituendum arbitrantur viri docti; sed innumera hujus indicativi exempla quippiam mutari, sine gravissima librorum auctoritate vetant. Seneca Epist. XXX. *dicebat .. sperare se* &c. *nullum enim dolorem longum esse, qui magnus* est. Epist. XLV. *Haec nos doce, beatum non eum esse, quem vulgus* appellat, *ad quem pecunia magna* confluxit, *sed illum cui bonum omne in animo* est. Sallust. Jug. c XXXVIII. *Verba facit ; tametsi ipsum .. clausum* tenet, *tamen se .. incolumis omnis sub jugum missurum*. & Catil. c. XXVII. *docet se Manlium praemisisse ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma* paraverat; ubi plura Cortius, quibus addi possunt quae nos ad Lactant. Epit. c. XXXIX. 2. & Justin. XXXVIII. 4. Noster lib. IV. 10. *Sejanum .. spadonis animum stupro vinxisse, quod is .. inter primores ministros* erat. . *Ea fraude tum senem, postquam convivium* inierat, *exceptum poculum Druso tradidisse; atque .. auctam suspicionem, tamquam .. sibimet inrogaret mortem,*

tem, quam patri struxerat. Ad haec & alia merito conticuerunt, qui sequentia loca sollicitant. lib. II. 26. *posse & Cheruscos, .. quando Romanae ultioni consultum est, internis discordiis relinqui.* c. 27. *dum .. amitam Scriboniam, quae quondam Augusti conjunx* fuerat, *consobrinos: Caesares, .. ostentat.* lib. III. 62. *L. Scipionis & L. Sullae constitutis nitebantur, quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis, fidem atque virtutem Magnetum* decoravere. c. 69. *Adv. quae disseruit C. non quidem sibi ignara, quae de Silano* vulgabantur, *sed* &c. lib. XIII. 31. *nisi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus, quis molem amphitheatri* .. exstruxerat, *volumina implere.* lib. XV. 62. .. *quod unum jam* .. habebat, *imaginem vitae suae relinquere testatur.* lib. XVI. 1. *ceterum, ut conjectura* demonstrat, *Didonem .. illas opes abdidisse, ne* &c. Hist. I. 34. *Multi arbitrabantur compositum auctumque rumorem, mixtis jam Othonianis, qui* .. vulgaverant. Alia ad lib. XV. 45.

Cap. LIV. *Alia Tiberio morum via.*] Statius Sylv. III. 3: 203.

Inde viam morum *longaeque examina vitae*
Affatusque pios morituraque somnia poscam.

Cap. LV. *Nam spes incesserat, dissidere hostem in Arminium & Segestem.*] Licet haec loquendi ratio Gronovio Obs. III. 10. extr. aliisque probetur, videri tamen potest legendum, *dissidere hostem inter Arminium & Segestum*, i. e. hostium partem alteram in Arminium, in Se-

gestum alteram inclinare; vel *studiis diffidere ba- stem in A. & S.*

Cap. LVIII. *Quia Romanis Germanisque idem conducere, & pacem quam bellum probabam.*] Infinitivus *conducere* non pendet a verbo *judicabam*, latente in sequente *probabam*, ut quidem judicabat Ernestus, sed a *probabam*, i. e. intelligebam. ut M. Germ. c. XIII. *Sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum* probaverit; ubi noli cum viro laudato tentare *civitati se maturum probaverit.* Pacatus Pan. c. XX. *& cum Rom. dignitatem ac libertatem* probaret *meliore in statu imperatore te esse quam consule, necessario fateretur* &c. Pluribus hanc verbi vim, minus notam, ostendimus ad Justin. IX. 7: 14. & Severi Ep. IV. 9.

Cap. LXII. *Primum exstruendo tumulo cespitem C. posuit, gratissimo munere in defunctos.*] *Munus* ita fere pro gratia, liberalitate, benignitate posuit Vetus Int. III. Regum X. 13. *quae ultro obtulerat ei* munere *regio.* Severus Dial. III. extr. *ac licet inani* munere, *solum ipsum flore purpureo & suave redolentibus sparge graminibus.* Paulin. Poëm. XXX. 25.

Quae multis ope coelite praestans,
Muneribus *conferre pii non desinit omni*
Pene die.

Hegesipp. IV. 18. *Nam cum omnia illis Deus suo contulisset* munere, *arva frugum feracia* &c. Cicero in Verr. V. 72. *Nunc te, Jupiter optime maxime* (appello) *cujus iste donum regale, dignum*

Ca-

Capitolio .. dignum rogio munere, *tibi factum ab regibus .. de regiis manibus extorsit.*

Cap. LXIII. *Et manibus aequis abscessum.*] Salluſt. Cat. c. XXXIX. *Quod si primo praelio Catilina superior aut* aequa manu diſceſſiſſet, &c.

Ibid. *Castra metari in loco placuit.*] Cauſſa non eſt, cur *ilico* pro *in loco* legendum crediderit Heinſius hic potius, quam in exemplo, quod adduxit ex lib. IV. 47. *Mox castris* in loco *communitis, valida manu* &c. Adde lib. XIII. 41. *Et Corbulo castra* in loco *metatus, an expeditis* &c. Cicero Att. XI. ep. 7. *ii tamen ipsi si hoc melius habent quam nos, quod & multi sunt* in loco, *& cum* &c. Salluſt. Jug. c. CI. *Caeteri* in loco *manentes, ab jaculis* &c. Dictys Cret. I. 5. *neque tamen Alexandrum* in loco *offendere.* Ita lib. II. 36. & IV. 21. Lucanus V. 612.

Sic pelagus mansisse loco.

cum nota Burmanni.

Cap. LXV. *Nox per diversa inquies, cum barbari .. cantu .. saltus complerent; apud Romanos invalidi ignes, interruptae voces, atque ipsi passim adjacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis quam pervigiles.*] Non debuit Faërnus reſcribere, *atque ipsi passim adjacere vallo, oberrare tentoriis.* Ellipſi duriore quidem illa, ſed Tacito non indigna, poſt *invalidi ignes, interruptae voces,* ſubaudiendum *essent.* Geminam etiam formam ſollicitant critici in his lib. VI. 35. *cum Parthus .. spatium ictibus quaereret; Sarmatae .. contis gladiisque ruerent; modo equestris praelii more frontis & ter-*

gi vices (essent); *aliquando* .. *pulsu armorum pellerent pellerenturque* .. ubi vide.

Ibid. *Quae neque adversum ferri ingruentia tela, neque.*] Amat ejusmodi metatheses noster cum aliis. Lib. III. 1. *Corcyram insulam advehitur, litora Calabriae* contra *sitam*. Sallust. Iug. c. CI. *quos* adversum *ierat*, ibique Cort. Virgil. Æn. V. 370.

Solus qui Paridem solitus contendere contra.

Ibid. *Petendus agger.*] Heinsius volebat *repetendus agger*, i. e. aggeris faciendi labor. Sed altera dictione utitur & deinceps noster lib. II. 81. ubi vide.

Cap. LXVIII. *Igitur orta die proruunt fossas, injiciunt crates, summa valli prensant.*] *Proruere fossas*, pro proruere fossarum margines, vel egestam terram in fossas, nimium sane durum, quam ut pervicaciae incusari a Jac. Gronovio debuerit Rykius, quod cum Turnebo Freinshemioque legeret *i. o. d. proruunt: fossis injiciunt crates; s. v. p.* dum in MSto. extat *fossos*. Et quemadmodum *ruere* pro currere, *irruere* pro incurrere dr. ita etiam *proruere* pro procurrere dici aliquando potest; quemadmodum etiam hoc verbo usum Dictyn Cret. aliosque, seriores licet Latinos, observat ipse Jac. Gronovius, inque Gellio I. 11. illud contra patrem vindicat. Ita Ambros. Hexaëm. lib. V. 10. *ita proruunt, fluctusque intersecant*, &c. Alioquin hic rescriberem *orta die procurrunt* vel *prorumpunt*.

Ibid. *Postquam haesere munimentis.*] Prae-

sta-

ſtare *adhaeſere* vel *inhaeſere* putabat Heinſius, non ego. lib. II. 14. haerentia *corpori tegmina.* lib. IV. 19. *nec dubie repetundarum criminibus* haerebant. lib. XIV. 4. *artius oculis & pectori* haerens. Sic Hiſt. I. 47. & IV. 19. Cicero pro Q. Roſcio c. VI. *poteſt hoc homini huic* haerere *peccatum?* Boëtius Conſ. II. 6. *natura ſui bona non eſſe, quae ſe peſſimis* haerere *patiantur.* lib. IV. 6. *quod ſi ſupernae mentis* haeſerit *firmitati;* &c. Vulg. Int. Daniel X. 9. *& vultus meus* haerebat *terrae.* Poteſt & *munimentis* in ablat. ſumi, ſubaudita praep. *in* . ut ſupra c. 65. *neque figi limoſa* humo *potuerunt,* & paſſim. Adde quae Burm. ad Ovid. Metam. IV. 27.

Ibid. *Vulgus trucidatum eſt, donec ira & dies permanſit.*] Fruſtra rurſum eſt vir nobiliſſimus, cum legere tentat *donec iratis dies permanſit*: delectatur enim nominibus ita junctis Tacitus. V. Agric. c. XXXVII. *finis ſequendi* nox & ſatietas *fuit.* Adde iſta lib. II. 14. *ſermonibus variis* tempus atque iter *ducens.* Lib. XIII. 15. *quia diſſimulationem* nox & laſcivia *exemerat.* Hiſt. III. 68. nox & ignotum rus *fugam Neronis abſconderant.* lib. IV. 14. *ubi* nocte & laetitia *incaluiſſe videt.* c. 29. *& reſtincto igne, miſcere cuncta* tenebris & armis *jubet.* c. 62. *detexit ignominiam* campus & dies. V. ad lib. XII. 43.

Cap. LXIX. *Peritia morum Tiberii odia in longum jaciens, quae reconderet, auctaque premeret.*] *Odia in longum jaciens* i. e. odiorum ſemina in longum tempus jacere ſolitus. ut *odiorum ſemina jacere* eſt lib XII. 48. Non auſim cum Heinſio *odia in longum acuens;* qui etiam

 lib.

lib. III. 54. cum Lipsio legere gestiebat *simultates faciunt.*

Cap. LXX. *Nihil strenuus ab ignavo, sapiens a prudenti, consilia a casu differre.*] Placet Lipsii emendatio *sapiens ab imprudenti;* nec tamen mihi minus verisimile videtur, *sapientis ac prudentis consilia a. c. d.* ut *cauti ac sapientes*, V. Agric. c. XXVII. & passim affinis notionis voces ita jungit noster, ut infra videbimus. Talis autem oppositio in his Cicer. pro Marcello c. II. *Nunquam enim* temeritas *cum* sapientia *commiscetur, nec ad* consilium casus *admittitur.*

Ibid. *Quippe illis etiam honestae mortis usus, his inglorium exitium.*] Ut hic *mortis usus*, ita lib. VI. 48. *documento sequentia erunt, bene Arruntium* morte usum. Prudentius Cathem. IX. 94.

Ad brevem se mortis usum *dux salutis dedidit.*

Cap. LXXII. *Commotus C. Cassii Severi libidine, qua viros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamaverat.*] Gronovius nitori orationis nihil deperiturum ait, si scriberetur.. *Severi libidine, qui viros* &c. idque longe melius fore putat Ernestus. Offendisse credo viros doctos duplicem istum ablativum *qua* (libidine) *procacibus scriptis diffam.* quo modo tamen lib. II. 30. *an habiturus foret opes*, quibus *viam Appiam Brundisium usque* pecunia *operiret.* Livius XXVII. 50. *Nam Romae neuter animi habitus dici enarrarique potest, nec* quo *incerta* exspectatione *civitas fuerat, nec* &c. Cicero pro Plancio c. XXVII. *ea usus est ratione, qua mi-*

minima invidia .. *honores consecuti sunt* . in Pison. c. XVIII. *Nullum est supplicium putandum*, quo *adfici* casu *aliquo etiam boni viri fortesque possunt*. Fam. IV. ep. 13. & *consuetudinem earum epistolarum*, quibus *secundis* rebus *uti solebamus*, *tempus eripuerat*. Tusc. III. 15. *Quare accipio .. arma contra casus & eventus*, quibus *eorum advenientes impetus diuturna* praemeditatione *frangantur*. Ausonius Praef. Parentalium: *Habet moestam religionem*, qua *carorum meorum obitus tristi* affectione *commemoro*. Sulp. Severus V. Martini c. XXII. *Audiebantur etiam plerumque convicia*, quibus *illum turba daemonum protervis* vocibus *increpabat*. Justin. XIV. 4. *solvo vos jurejurando*, quo *toties vos* sacramento *mihi devovistis* . ubi alia. Adde quae ad lib. XII. 26. & Hist. II. 74. Sulp. Sever. Epist. IV. 2.

Ibid. *Rubrio crimini dabatur violatum perjurio nomen Augusti.*] Post Freinsh. & Rykium etiam Cel. Bentlejus ad Horat. II. Epist. 1: 16. emendabat *numen Augusti*.

Cap. LXXIV. *Ad quod exarsit adeo, ut rupta taciturnitate, proclamaret.*] Ovidius A. Am. II. 505.

Qui sermone placet, taciturna silentia rumpat.

cum nota Heinsii.

Ibid. *Quanto incautius efferbuerat, poenitentiâ patiens, tulit absolvi reum criminibus majestatis.*] Heinsio legi jubenti *poenitentiae patiens* obtemperandum non puto.

Cap. LXXVI. *Quamvis vili sanguine nimis* gau-

gaudens.] *Sanguis vilis*, pro vilium hominum: ut lib. XV. 47. *sidus cometes*. sanguine inlustri *semper Neroni expiatum.* Seneca Clem. I. 1. *constrictum apud me ferrum est: summa parcimonia etiam* vilissimi sanguinis. Petronius Sat. c. CV. *tentantque* vilissimo sanguine *Tutelam placare.* Adde notanda ad XIV. 30.

Cap. LXXVII. *At theatri licentia proximo priore anno coepta, gravius tum erupit.*] Heinsius *proximo priore anno* interpretatur ante biennium, seu anno qui proximo prior fuerat; quum sit idem, quod anno proxime priori, seu annorum priorum illo, qui proxime praecesserat. Neque cum Burmanno ad Sueton. Claud. c. XXXIII. legendum hic *proxime priore*, aut *proximo*, vel *priore* delendum: sic enim dici *proximum inferiorem ordinem*, *Musas proximas superiores*, *proximas superiores dies*, dudum observavimus ad Cicer. N. Deor. II. 20. ibidemque hoc Taciti exemplo usi sumus; quod nescivisse Erud. Ernestium dixeris. Ita cum Clarkio credo, nihil movendum in his Caesar. B. G. IV. 25. *hos item ex* proximis nimis *navibus cum conspexissent*, *subsecuti*, *hostibus adpropinquarunt.*

Cap. LXXVIII. *Datumque in omnes provincias exemplum.*] i. e. quod pertineret ad o. p., omnibus provinciis imitandum. lib. XII. 32. *paucis qui arma coeptabant interfectis*, in reliquos *data venia*. c. 15. *auribus decisis*, *vivere jubet*, *ostentui clementiae suae*, & in nos *dehonestamento*. Plura ad lib. VI. 50. & alibi.

Cap. LXXIX. *An ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina & lacus, per quos augescit.*] Quia praepositio *ad* in hac forma

usi-

usitatissima sit, ac saepe a librariis altera permutata, pronum fore dicit Ernestius conjicere *an ad moderandas* &c. quamvis sine libris mutare non audeat. Et sane similis usus praepositionis lib. IV. 31. *pecuniam* ob *rem judicandam cepisse*. quaeque ibi exempla dedimus. Orosius III. 22. *Caecilius praetor*, ob ulciscendam *legatorum necem .. cum exercitu missus, ab Etruscis Gallisque oppressus interiit.* & c. 13. *Inde* propter agendam *praedam & curandam obsidionem divisit exercitum.* Valer. Max. III. 2: 9. *Namque Papirio Cursore* propter *auspicia* repetenda *in urbem proficiscente*, &c. Ambros. Orat. de ob. Theodosii, prope fin. propter *populum* liberandum .. *relicta domo senex ad peregrina contendit.*

LIBRO SECUNDO.

Cap. II. *Accendebat dedignantes & ipse diversus a majorum institutis; raro venatu .. fastuque erga patrias epulas. Inridebantur & .. vilissima utensilium anulo clausa. Sed promti aditus, obvia comitas, ignotae Parthis virtutes, nova vitia; & quia ipsorum moribus aliena, perinde odium pravis & honestis.*] Hoc est .. sed promti aditus, obvia comitas, quae virtutes Parthis ignotae, nova ipsis vitia erant (ab iis pro vitiis habebantur genti suae insolitis) & prava honestaque ejus perinde exosa, quia ab ipsorum moribus abhorrebant. Atque ita cepit Ernestus. Sed sic non satisfacit mihi illud, *perinde odium pravis & honestis*, & vix crediderim, Latine dici, *odium perinde est huic & illi rei*, pro eo,

eo, perinde haec & illa res exosa est. Vide igitur, an potius legendum: *& quia ipsorum moribus alienus*, (scil. ille erat) *perinde odium pravis & honestis* (scil. erat) i. e. perinde exosus, in odio, erat ob prava & honesta. Ita voce *odium* rursum utitur Tacit. Hist. II. 95. *Asiaticus Polycletos, Patrobios, & vetera* odiorum *nomina aequabat.* Justin. XI. 3. *quamobrem* odium *eos omnium populorum esse*. ubi consule Berneccerum & A. Gronovium. Ibi autem diverso, sed non aeque jam mihi probato, tentamine locum hunc aggressi sumus. *Honesta* autem & *prava* sic concurrunt lib. XI. 33.

Cap. V. *At ille .. celerandae victoriae intentior, tractare praeliorum vias, & quae sibi .. belligeranti saeva vel prospera evenissent.*] Virgil. Æn. X. 159.

Hic magnus sedet Æneas, secumque volutat
Eventus belli varios.

Praeliorum viae dicuntur, ut apud Justin. XXX. 5: 2. *via belli gerendi.*

Cap. VI. *Augebantur alacritate militum in speciem ac terrorem.*] V. Agric. c. XXX. *Britannorum acies* in speciem *simul ac* terrorem *editioribus locis constiterant.*

Ibid. *Insula Batavorum, in quam convenirent, praedicta, ob faciles adpulsus.*] Amicus Rykii malebat *dicta*, sed idem saepe usus est verbi compositi. Infra c. LXXIX. *respondit affuturum, ubi praetor reo atque accusatoribus diem* praedixisset. lib. XI. 27. *consulem designatum cum uxore principis* praedicta *die .. convenis-*

niſſe. Ammian. XV. 8. *cum veniſſet accitus* praedicto *die*. ſic lib. XXXI. 3. extremo. Livius XXIX. 33. *erumpere jubet, loco* praedicto, *in quem ex diſſipata convenirent fuga.* Salluſt. Jug. c. LXXV. *locumque ubi praeſto forent*, praedicit. quem locum aliis etiam exemplis vindicavimus.

Ibid. *Ob faciles adpulſus, accipiendisque copiis & transmittendum ad bellum opportuna.*] Acidalio legente *accip. copiis & transmittendis, ad bellum opportuna*, in defenſionem omnium librorum jam recte obſervavit Gronovius, ut hic eſt *transmittere bellum*, ſic *transferre* & *transportare* bellum Ovidium & Plinium in Pan. dixiſſe. Ego addo iſta lib. XII. 33. transfert *bellum in Ordovicas.* Hiſt. II. 17. *Aperuerat jam Italiam, bellumque* transmiſerat, &c. Sic etiam Frontin. Strat. I. 3: 8. & 5: 5. Et ſibi conſueta vocularum trajectione dixit auctor *transmittendum ad bellum*, pro ad t. b. quemadmodum lib. I. 64: *ducendum ad agmen.* lib. XII. 8. *augendam ad invidiam.* & c. 14: *exuendam ad fidem* . lib. XIV. 5: *convincendum ad ſcelus.* lib. XV. 58: *dicendam ad cauſſam.* Neque ſtilo ipſius diſſentit enallage dativi & accuſativi cum praep. in his, *accipiendisque copiis & transmittendum ad bellum.* c. 37. *nec* ad invidiam *iſta, ſed* conciliandae miſericordiae *refero* . ubi tamen *conc. miſericordiae* etiam in genitivo accipi poteſt. lib. XIII. 38. *Locumque delegit, cujus pars altera colles erant clementer aſſurgentes* accipiendis *peditum* ordinibus; *pars in planitiem porrigebatur*, ad explicandas *equitum* turmas. lib. IV. 46. *eſſe ſibi* ... *promtam* libertati *aut* ad mor-

mortem *animum.* & ibi quaedam hujus variationis exempla damus. Severus Hist. Sac. II. 44. *Etenim vero Foebadius paratum se* exilio, *atque* ad *omne* supplicium .. *profiteri.*

Cap. IX. *Ut liceret cum fratre conloqui oravit.... Tum permissum; progressusque salutatur ab A. qui* &c.] Muretus delet *Tum*, sed nulla necessitate, ut liquet ex notatis ad IV. 10. Heinsius in Animadv. *Tum, ut permissum progressusque* (scil. est), *salutatur* &c. & apud Rykium: *Id tum permissum; progressusque:* quod vero proximum arbitror: nam illud *progressusque* familiarem Tacito connectendi formam refert. lib. I. 51. *quod gnarum duci;* incessique *itineri & praelio.* lib. XIV. 40. *quod apud patres convictum; & Fabianus Antoniusque .. damnantur.* Hist. V. 22. *Animadversum id Germanis: & insidias composuere.* & lib. II. 24. *Proditum id Othonianis ducibus: & curam .. sumsere.* Plura infra ad c. 14. Verum *id*, quod immitti volebat vir doctus, facile omitti ab auctore potuit. Livius XLV. 5. *petiit ut sibi paucis alloquendi populi potestatem facerent.* Permisso (hoc), *utrum nos* &c. & lib. I. 11. *orat ut .. in civitatem accipiat .. Facile* impetratum (illud). *Inde contra* &c. Cicero in Verr. II. 17. *Illi eum commonefaciunt, ut .. utatur instituto suo ..* Impetrant. Adi etiam quae de hac ellipsi infra ad lib. XV. 74. lib. XII. 26. & Hist. I. 20. & 52.

Cap. XII. *Explorandos militum animos ratus, quonam id modo incorruptum foret, secum agitabat.*] i. e. quomodo id non irritum foret, quomodo explorationem sic institueret, ut non male

sibi

ſibi cederet. Ita c. 23. *dum turbat nautas* .. *officia prudentium* corrumpebat. Salluſt. Catil. c. XLIII. *illos dubitando* .. *magnas opportunitates* corrumpere. Sic c. XXXIII. & LXXIX. Haerere tamen aliquantulum, fateor. Conferatur porro Hegeſ. IV. 14. *confugiendi votum habebant: ſed qua via* inexitiabile id *ſibi* foret, *non reperiebant*, *ne* &c.

Cap. XIII. *Adit caſtrorum vias*, *adſiſtit tabernaculis.*] Heinſius legebat *a. caſtrorum vices*, i. e. vigilias. Fruſtra.

Ibid. *Cum* .. *ducis* .. *patientiam*, *comitatem*, *per ſeria per jocos eundem animum laudibus ferrent.*] Non ſane, uti judicaſſe videtur Freinshemius, minus Latine *patientia* denotat manſuetudinem facilitatemque faciendi ferendique in alterius gratiam quod nobis moleſtum ſit, quam tolerantiam aut robur adverſa & incommoda ferendi. lib. I. 74. *quantoque incautius efferbuerat*, *poenitentia* patiens *tulit abſolvi reum criminibus majeſtatis.* confer quae ad Hiſt. II. 29. Sic *impatiens* pro moroſo, iraeque nimis obnoxio, tritum. Atque iſta vocis notio connexis magis congruit.

Cap. XIV. *Nox eadem laetam Germanico quietem tulit: viditque ſe operatum.*] Hoc eſt, cum vidit vel qua vidit: qualem nexum orationis ſollicitare non licuit his, qui τὸ *que* poſt *vidit* delendum aut in *quippe* mutandum putarunt. Eademque chorda oberrarunt in locis ſequentibus: infra c. 64. *In ea diviſione arva & urbes* .. *Cotyi*, *quod incultum* .. *Rheſcuporidi ceſſit*: ipſorumque *regum ingenia illi mite & amoenum*, *huic atrox* .. *erat.* i. e. quemadmodum & ipſo-

rum &c. lib. XIII. 22. *Syria P. Anteio destinata*, & *variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus est*. i. e. qui vel atque ille variis &c. Livius XLI. 25. *qui paucos post dies ab Orthobula uxore veneno est sublatus:* damnataque *eo crimine in exilium abiit.* i. e. quae damnata &c. De innumeris aliis hujus formae exemplis, quae intacta a criticis abierunt, ecce pauca. Supra I. 51. *Excivit ea caedes Bructeros .. saltusque .. insedere.* lib. II. 52. *dux & his Mazippa:* divisusque *exercitus, ut Tacfarinas* &c. lib. III. 46. *Ingens clamor:* & *circumfudit eques, frontemque pedites invasere.* lib. VI. 35. *Fama tamen occisi falso credita exterruit Parthos:* victoriamque *concessere.* lib. XIII. 41. *Artaxatis ignis immissus;* deletaque *& solo aequata sunt.* Sic multoties in Historiis. Livius I. 36. *Ex eo ira regis mota:* eludensque *artem .. agedum, inquit*, &c. vide lib. XXVII. 18. & XXXVIII. 16. & saepius. Adde modo notata ad cap. 9. & ad Hist. I. 88. Consule demum Duker. ad Livium, XXVIII. 12: 13. & XXXVI. 31: 7.

Cap. XV. *Hos esse .. qui ne bellum tolerarent, seditionem induerint.*] *Induere seditionem*, ut *diversa induere*, lib. VI. 33. *societatem induere*, lib. XII. 13. *hostilia induere*, c. 40 *Exuere pacem*, lib. IV. 71. *amicitiam*, lib. VI. 8. *pacta*, c. 43. *jussa*, lib. XI. 19. Hegesipp. III. 3. *quaesitum qua tandem vesania discessionem animis induissent.*

Ibid. *Quorum pars onusta vulneribus tergum, pars fluctibus & procellis fractos artus .. objiciant.*] Qui *onustum v. tergum* vel *onusta v. ter-*

terga legunt, ut sit hic accusativus qui regatur a verbo *objiciant*; parum memores sunt ellipseos verbi *esse*, etiam in subjunctivo apud nostrum frequentissimae; ex qua supplendum *q. pars sit onusta* &c. vide ad lib. I. 65. IV. 22. & alibi.

Cap. XVII. *Incubueratque sagittariis, illa rupturus, ni Rhaetorum .. cohortes signa objecissent.*] Frustra Muretum & Ursinum, suspicari *erupturus*, contendit Ernestius: bene, si hunc verbi *rumpere* usum exemplis idoneis probasset. Mihi legendum videtur *illa irrupturus.*

Cap. XX. *Ut pars aequo in silvam aditu incederet, pars objectum aggerem eniteretur*] *Eniti* ita construxit Hist. I. 23. *cum .. Pirenaeum & Alpes & immensa viarum* spatia *aegre sub armis* eniterentur. Columella II. 2. *Sed nec in media parte versurae consistat .. ut spe cessandi totum* spatium *bos agilius* enitatur.

Ibid. *Quod arduum, sibi, cetera legatis permisit.*] Non plane damno, quod Perizon ad Sanct. IV. 8. in his *quod arduum, sibi*, subaudit *sumsit:* idque, si voluisset, sic addere potuit noster, ut lib. XIII. 39. sibique *quod validissimum in ea praefectura* .. sumit, *minora C Flacco .. mandat*. Sed omitti eo facilius tale quid potuit, quia etiam *sibi permittere* dictio satis usitata est. lib. III. 11. *populus plus* sibi *in principem occultae vocis aut suspicacis silentii* permisit. Frontinus Strat. praefat. *Unde multa transire* mihi *ipse* permisi. cum nota Tennullii. Adde & Arntzen. ad Plinii Paneg. c. IV. 2.

Ibid. *Si murum succederent.*] Recte cum Pichena Rykius rejicit Mureti emendationem, *si muro succederent*, & aliud esse *murum succedere*,

aliud *muro succedere*, observat; de quo discrimine nec cogitabat Ursinus, dum hic a communi loquendi usu deflexisse Tacitum putat. Consule Wassium ad Sallust. Frag. III. 15. & Oudend. ad Caesar. Gal. II. 6. *Succedimus proprie illis*, ad quae accedimus: *succedimus ea*, quae intramus, vel in quae adscendimus. Dicitur tamen *tectis succedere* pro intrare, Virg. Aen. I. 631. aliaque nomina sic promiscue vel dativo vel accus. huic verbo adjunguntur.

Cap. XXIV. *Quanto .. truculentia coeli praestat Germania, tantum illa clades novitate & magnitudine excessit,*] Heinsius legendum putat *tantum alias illa clades .. excessit*; quia non recordabatur, *excedere* sic aliquando sine accusativo adhiberi, pro modum excedere, vel se extollere, excellere, praestare: ad quam verbi usum etiam Lipsium, Barthium ac Vorstium minus attendisse deprehendas in his locis. V. Agric. c. XLII. *obsequiumque ac modestiam .. eo laudis* excedere, *quo plerique .. ambitiosa morte inclaruerunt.* Valer. Max. I. 8: 19 *Quae quia supra usitatam rationem* excedentia *attigi*, &c. & lib. III. 2: 24. *cujus opera .. ultra fidem veri* excedere *judicari possunt.* Sic autem idem Valer. lib. II. 9: 1. *Nam ut opes Populi R. in tantum amplitudinis* .. excesserunt, &c. lib. III. 4: 1. *Socrates ad clarissimum lumen gloriae* excessit. Sic lib. V. 6: 5. lib. VI. 9. Extern. 5. Vetus Int. IV. Esdrae c. IV. 2. *excedens* excessit *cor tuum in seculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi. .. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum: nam* excessus *tuus multus.* Notetur etiam infra c. XXXIII. Excessit *Fronto*, ac

ac postulavit modum argento, supellectili, familiae, i. e. ulterius processit. Incert. Panegyr. Constantino Aug. c. V. *nunquam majores XL. millium copias duxit, inhabile regenti ratus quidquid* excederet, scil. numerum istum.

Ibid. *Hostilibus circum litoribus, aut ita vasto & profundo ut credatur novissimum ac sine terris mare.*] Non incongrue quidem Heinsius conjicit *ac sine terminis mare*, sed eodem sensu, ut etiam Ernestio nunc visum, manere alterum potest. Seneca Suasor. I. *ut primum negaret in Oceano aut trans Oceanum esse* terras *habitabiles.* Noster V. Agric. X. *Septentrionalia ejus, nullis contra* terris, *vasto atque aperto mari* pulsantur. Porro Gronovius timide suspicabatur, scribendum literula una mutata, *aut ita vasto & profundo, ut c. n. a. s. terris, mari:* quod sane ad analogiam elegantius. Posses etiam, *aut ita vasto profundo* (i. e. mari), *ut — sine terris. Mari pars navium haustae sunt: plures apud insulas .. ejectae.* Sic *Vastum profundum* Sedulius dixit lib. IV. 115. cum aliis. Forte tamen nominativus *mare* ita proximis verbis accommodatur, ut *officiis* pro *officia*, *Italus* pro Italo, lib. IV. 56. *At Smyrnaei .. transcendere* ad ea, *quis maxime fidebant, in populum R.* officiis. & lib. XI. 16. *amissis per interna bella nobilibus, &* uno reliquo *stirpis regiae, qui apud urbem habebatur, nomine* Italus. Pluraque, post alios, turbatae hoc modo constructionis exempla damus ad verba Auct. Declamat. in Sallust. c. II. *respondeant numquid* ii, *quos protulit* Scipiones & Metellos vel Fabios, *ante fuerint.* Adde quae infra ad c. 64.

Ibid. *Milesque .. fame absumtus, nisi quos corpora equorum eodem elisa toleraverant.*] Insolentius illud *elisa* pro ejecta; quocirca omnino legerim *allisa* vel *illisa*.

Ibid. *Miracula narrabant, vim turbinum & inauditas volucres, monstra maris ambiguas h. e. b. formas.*] Ernestio videbatur dicendum fuisse *invisas* vel *invisitatas volucres*. At cur minus *inauditas*, i. e. de quibus non esset auditum, quae ne rumore quidem cognitae?

Cap. XXVIII. *Ut satis testium, & qui servi eadem noscerent, reperit, aditum ad principem postulat*] Quemadmodum non video. cur Heinsius cum aliis *reperti* velit pro *reperit*: ita & frustra illum tentare puto *& qui e servis e. n.* quomodo magis ambigua verba sunt, & perit illud trajectionis genus, quo noster & optimi quique saepe utuntur. *Et qui servi*, hoc est & servos, qui: ut c. 41. *triumphavit de Cheruscis .. quaeque* aliae nationes *usque ad Albim colunt:* i. e. aliisque nationibus quae, lib. VI. 31. *fretus bellis, quae* secunda .. *gesserat:* i. e. f. b. secundis, quae. lib. XV. 59. *donec manus militum adveniret, quos Nero* tirones .. *elegerat:* i. e militum tironum. Et alias talia vindicavimus

Cap. XXIX. *Orare adfines, vocem adversus pericula poscere.*] *Vox* pro patrocinio, defensione. Porc. Latro contra Catil. c. XXIII. *quas non adiit senatorum* voces, *aut civium consessus .. non obeundos suppliciter .. esse judicavit?* & c. XXVII. *Catilinam nullas* vocum *aut suffragiorum coorruptelas fuisse praetergressum.* Sic Vellej. II. 66. Ciceronem *vocem publicam* appellat, quia

quia per illum unum defendere caussam suam cives solerent.

Ibid. *Mox libellos & auctores recitat Caesar, ita moderans, ne lenire neve asperare crimina videretur.*] *Moderari* pro rem moderari, dirigere. Coelius Cicer. Famil. VIII. ep. 5. *Nam si hoc more* moderari *possemus, ut pro viribus copiarum tuarum belli quoque existeret magnitudo*, &c. Cicero de Orat. I. 24. *quamquam* moderabor *ipse, ne ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus* &c. pro Flacco c. XXXV. *Sed tamen Lurconem, quamquam pro sua dignitate* moderatus est, *in testimonio dicendo religioni suae, tamen iratum Flacco esse vidistis.* Sic Philipp. II. c. VI. Sallust. Jug. c. XLV. *Sed in ea difficultate Metellum .. magnum & sapientem virum fuisse comperio, tanta temperantia inter ambitionem saevitiamque* moderatum.

Cap. XXXI. *Cingebatur interim milite domus; strepebant etiam in vestibulo, ut audiri, ut adspici possent: cum Libo .. vocare percussorem.*] Sic auctoritate MSti Pichena, ante quem fuerat editum *strepebantque etiam in v.* Gronovio placebat, *strepebantque jam in v.* Heinsio *strepebant jam & in v.* Sed recte habet se, *strepebant etiam*, omissa copula *que* vel *ac*. Tali ellipsi infra lib. XV. 58. *Quin & urbem, per manipulos occupatis moenibus, insesso etiam mari & amne, velut in custodiam dedit. Volitabantque per fora, per domos, rura* quoque *& proxima municipiorum, pedites* &c. Hist. I. 26. *Adeoque parata apud malos seditio*, etiam *apud integros dissimulatio fuit, ut* &c. lib. III. 31. *superbiam saevitiamque (adeo invisa scelera*

 sunt),

ſunt), etiam *perfidiam objectabant*. Rurſum Annal. III. 45. *Mox Auguſtuſtodunum petit propero agmine, certantibus inter ſe ſigniferis, fremente* etiam *gregario milite; ne ſuetam* &c. Lib. XIII. 19. *deſtinaviſſe eam R. Plautum .. ad res novas extollere, conjugioque ejus, etiam imperio, remp. rurſus invadere* . quod tamen merito ſuſpectum, ut illic videmus. De hoc autem uſu particulae *etiam* alia ad Sulp. Severum H. S. I. 40.

Cap. XXXIV. *Haud minus liberi doloris documentum idem Piſo mox dedit.*] *Liber dolor*, qui libere in dicta factave effunditur. Quinctil. Declam. XI. initio: *nec me decipi poſſe credideram in ultione, quam mihi debeat civitas, tam* liberi doloris. Declam. XVIII. 2. *Ignoſcite .. impatientiae, quae contra callidiſſimam diſſimulationem* libertate doloris *exaeſtuat*. Horatius Epodon IV.

Videsne, ſacram metiente te viam,
Cum bis trium ulnarum toga,
Ut ora vertat huc & illuc euntium
Liberrima indignatio?

Ibid. *Ceterum Urgulaniae potentia adeo nimia civitati erat, ut teſtis in cauſſa .. venire dedignaretur: miſſus eſt praetor, qui domi interrogaret; cum virgines .. inforo & judicio audiri .. vetus mos fuerit.*] Fruſtra plane Heinſius conjectabat .. *dedignaretur, miſſo praetore, qui d. i.* illud *miſſus eſt praetor* ſic adhaeret antecedentibus, ut ſi plenius ſcriptum foret; *miſſus autem*, vel *Tum* vel *Itaque miſſus eſt p.* & millies ita

amputantur ejusmodi conjunctiones. Livius II. 16. *moritur .. copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumtus deesset: de publico est elatus.* Infra noster c. 52. *Sed nihil aeque cavebatur, quam ne bellum metu eluderetur: spe victoriae inducti sunt, ut vincerentur.* c. 65. *Nihil aeque Tiberium anxium habebat, quam ne composita turbarentur: deligit centurionem, qui nunciaret regibus ne armis disceptarent.* Sic. c. 66. & lib. I. 29. *Promtum ad asperiora ingenium Druso erat: vocatos Vibulenum & Percennium interfici jubet.* Hist. II. 64. *Longum interfectori visum: in itinere ac taberna projectum jugulavit.* Et saepius concisior ista loquendi forma se in his nostris animadversionibus offeret. Adi etiam quae ad Justin. XVI. 5: 15. & infra ad lib. XII. 17. & 51. & 64. XIII. 44. XIV. 32. Mor. Germ. c. XIII.

Cap. XXXVIII. *Non enim preces sunt istuc, sed efflagitatio*] Merito defendisse Ernestius videtur τὸ *istuc*, cum Jac. Gronovius, ideo quia in MSto esset *istut*, vellet *istud.* Sic lib. I. 42. *ut quidquid* istuc *sceleris imminet, meo tantum sanguine pietur*, ubi *istuc* (quod pronomen, non adverbium est) male exponitur in nupero Latinitatis in Tac. Indice *ab istis.* Vide ad lib. XIV. 55. Rursum Hist. I. 84. *An .. imperatoris sui tentorium irrumpet? Vos quidem* istuc *pro me*, scil. fecistis. ubi tamen MStos Flor. Guelf. Agr. cum edd. ant. Rhenanus habere *istud* notat Erud. Lipsiensis.

Cap. XL. *Atque hortatur .. offerant pecuniam, fidem atque pericula polliceantur.*] Tentat Acidal. *fidem ad pericula p.* quamquam alte-

rum commode explicari posse fatetur. Nec sane incommode dr. *polliceri pericula*, pro se adituros pericula, vel promtum subeundorum periculorum animum. Quam fere vocis vim nec attendisse videtur Lambinus, quum verbum *adire* immittit Cicer. Fin. II. 23. *officium*, *aequitatem*, *dignitatem*, *fidem* .. *omnia* pericula *pro rep*. .. *mori pro patria*. Sed ita Histor. III. 53. *si praemia* periculorum (aditorum) *soli adsequantur*, *qui periculis non affuerint*. Livius IV. 35. *eo impendi laborem ac* periculum, *unde emolumentum atque honos speretur*. Cicero pro domo c. XI. *Pompejum* .. *opibus*, *contentione*, *precibus*, periculis *denique*, *pro salute mea laborasse*. Nepos in Conone c. II. *apud quem ut multum gratia valeret*, *multo labore*, *multisque effecit* periculis. Ambrosius Hexaem. lib. V. 16. *bospitibus* .. *quibus cornices etiam* pericula *sua negare non soleant*. Hegesipp. II. 15. *usus paucorum in rebus dubiis fide*, *qui perituri gratis praestare sociis* pericula *sua*, *quam perdere malebant*. vide quoque lib. V. 12.

Ibid. *Quae* .. *clementiam offerebat*, *si ad precandum veniret*.] Inscitia librariorum sic scriptum fuisse pro *veniret*, non sane probavit Ernestius: estque horum temporum in tali forma usus apud Latinos promiscuus.

Cap. XLIII. *Nec dubium habebat*, *se delectum*, *qui Syriae imponeretur*, *ad spes Germanici coërcendas*. *Credidere quidam data & a Tiberio occulta mandata*: *& Plancinam haud dubie Augusta monuit muliebri aemulatione Agrippinam insectandi*.] In his *data* .. *mandata*, & *Plancinam* .. *monuit*, subaudiendum ea de re (de spebus

bus G. ita coërcendis.) Quale quid ingerendum frustra putavit Heinsius his Flori IV. 2. extr. *manaverat late conjuratio.* libellus *etiam Caesari datus eodem die.* Neque erat, cur Heumann, vellet *perferunt*, Cic. pro L. Manilia c. XIII. *Jam vero quemadmodum milites bibernent*, (de ea re) *quotidie sermones ac literae perferuntur*. pro Quintio c. XI. *Doce te petiisse ab eo istam .. pecuniam: doce*, *aliquando mentionem fecisse* (de illa) ..; *debuisse concedam.* Livius XLI. 15. *cujus literis senatus* (de hac re) *certior factus* &c. Et alibi plura notavimus ejusmodi. Hoc autem satis attendisse non videtur Lipsius, quum ad verbum *monuit* referret gerundium *insectandi*, quasi *monuit insectandi* dictum foret pro *m. insectari*; quum omnino, ni fallor, cum Freinshemio construendum illud gerundium cum nomine *aemulatione.* Nec mollior gerundiorum cum nominibus constructio in his c. 47. *neque solitum in tali casu* effugium *subveniebat in aperta* prorumpendi. ubi in hac syntaxi aqua rursum haerebat Ernestio. lib. III. 43. *Apud Aeduos major moles exorta, quanto civitas opulentior*, & comprimendi *procul* praesidium. c. 63. *Sed* cultus *utrisque Dianam aut Apollinem* venerandi. lib. IV. 2. *neque* senatorio ambitu *abstinebat clientes suos honoribus aut provinciis* ornandi. Hist. II. 1. *Materia sermonibus* .. intemperantia *civitatis*, *donec unus eligatur*, *multos* statuendi. lib. IV. 78. *Sed obstitit vincentibus pravum inter ipsos* certamen, *hoste omisso*, *spolia* consectandi. Talia sunt *auctoritas persuadendi*, de Mor. Germ. c. XI. *moriendi patientia*, Justin. XII. 11, ubi vide dicta. *foecunditas varia gi-*

gnen-

gnendi, Lactant. VII. 5: 12. & id genus innumera. Notatu etiam digna talia Veteris seu Vulg. Interpretationis, Hebr. III. 12. *ne forte sit in aliquo vestrum* cor malum *incredulitatis* discedendi a Deo. Lucae VIII. 8. *qui habet* aures audiendi, *audiat*. Siracid. Eccles. XVII. 5. *consilium & linguam & aures & oculos &* cor *dedit illis* excogitandi. Ruth I. 7. *& jam in* via revertendi *posita in terram Juda*, *dixit* &c.

Ibid. *Fecunditate ac fama Liviam*, *uxorem Drusi*, *praecellebat.*] Rarior ista verbi *praecellere* cum accus. constructio placuit etiam Veteri Int. Roman. III. 9. *Quid ergo?* praecellimus eos? *nequaquam*. Juvencus Hist. Euang. II. 481. *nec* dominum *tentet* praecellere *servus*.

Cap. XLVI. *Arminium .. alienam gloriam in se trahere*, *quoniam tres vacuas legiones & ducem fraudis ignarum perfidia deceperit.*] Nondum plane mihi persuadet Gronovius, *vacuas legiones* potius hic esse duce vacuas, quam, ut Freinsh. aliique accipiunt, non plenas . ut Caesar Gal. III. 2. *legionem*, *neque eam* plenissimam, .. *despiciebant*. In Rob. Stephani Thesauro exponitur *otiosas legiones*.

Ibid. *Cum conjunx*, *cum filius ejus servitium adhuc tolerent.*] Quia in MSto erat *filios* pro *filio*, Jac. Gronovius scripsisse Tacitum adfirmat, *cum conjunx cum filio ejus s. a. t.* Sed familiari sibi repetitione similiter voculam *cum* iterat noster lib. I. 22. cum *osculis*, cum *lacrimis dolorem meum implevero*. Consule etiam ad ejusdem libri c. 10. Gronovium & Ernestium.

Cap. XLVII. *Sedisse immensos montes*, *visa in arduo*, *quae plana fuerint*, *effulsisse inter rui-*

ruinam ignis, memorant.] Heinsio legente *enisa in ardua*, durius hoc, praesertim in tali oratione, recte observat Ernestius. Et bene dr. *visa in arduo*, pro extitisse, fuisse in arduo, ut lib. IV. 47. *quidam audentius apertis in collibus* visebantur. i. e. in apertos colles se receperant. Caesar B. Civ. I. 65. *Quos ubi Afranius procul* visos *cum Petrejo* conspexit, &c. quod dextre explicat ac tuetur Clarkius.

Cap. XLIX. *Qui primus rem Romanam prospere mari gessit.*] Sic Livius XXX. 2. CLX. *navibus longis* res Romana *eo anno* gesta . ubi Gron. volebat *respublica Romana* vel solum *respublica*. Sed ita rursum idem lib I. 12. *Hic* rem Romanam *iniquo loco ad prima signa animo atque fiducia sustinebat*. & ibid. *sed* res Romana *erat superior*. Noster supra I. 31. *sua in manu sitam* rem Romanam.

Cap. LII. *Legionem & quod sub signis sociorum, in unum conductos ad hostem duxit.*] Heinsius, quia ingratius sonat *conductos ad h. duxit*, conjicit pro *conductos* legendum *condictos* vel *coactos*. Potuit & *collectos*, ut *colligere in unum* dixit Lactant. VII. 7. & 8. Sed uti *conducere in unum* habetur etiam lib. IV. 47. & lib. XV. 26. ita ad tale quid cacophoniae merito connivetur cap. 62. *cor*ruptis*que primoribus ad societatem*, *in*rumpit *regiam*. Valer. Max. VI. 5: 1. *plurimos .. velut ambulandi gratia* eductos, *in castra Rom. per*duxit. Caesar B. Gall. VII. 65. *Helvii* pelluntur, *& C. Valerio .. compluribusque aliis interfectis*, *intra oppida murosque com*pelluntur. Livius XLI. 20. *Sed inde mortuus Romam al*latus *& funere magnifico* elatus

sepul-

sepultusque est. Cicero Tusc. V. 10. *cum ea quae supra* enumeravi, *in malis* numerent. Sallust. Cat c. I. *Ita utrumque per se* indigens, *alterum alterius auxilio* eget. quod non mutaverim. Alia quaedam attuli ad Sulp. Sever. Dial. I. 17. ac de V. Mart. c. VI. & alibi. Nunc etiam locum hunc ab Ernestio bene defensum video.

Cap. LIV. *Atque illum in regressu sacra Samothracum visere nitentem, obvii aquilones depulere.*] Amicum Rykii, quo minus legeret *repulere*, retinere debuit auctor, qui sic rursum *depellere*, pro arcere, a consilio depellere, dixit lib. I. 18. *Postremo eo furoris venere, ut tres legiones miscere in unum agitaverint.* Depulsi *aemulatione .. alio vertunt*, &c. lib. XI. 34. *Vibidiam* depellere *nequivit, quin multa cum invidia flagitaret, ne indefensa conjunx exitio daretur.* Nepos Datame c. VII. *a qua re* depulsus .. *locum delegit tamen, ut neque* &c.

Ibid. *Appellitque Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur.*] Putat Turnebus Tacitum, Graecorum more *uti oraculo* pro consulere dicentem, novitatis aucupio gratiam elocutioni quaesivisse. Sed ut *consilio* alicujus *uti* frequens Latinis dictio fuit, ita & phrasis *uti oraculo* est etiam apud Livium XLV. 27. & Justin. XI 7. ubi vide. Sic *uti signis & ominibus*, Cic. Divin. II. 11. *avibus, signis*, c. 39. *sortibus*, c. 41. *auspiciis*, lib. I. 15.

Ibid. *Et ferebatur Germanico per ambages, ut mos oraculis, maturum exitium cecinisse.*] Ancipitis nempe notionis vox *maturum*: & *exitium maturum* tam dici poterat, quod tum prope aderat, quam quod provecta in aetate, vel post exple-

pletum satis magnum annorum numerum, subeundum foret. Consule quae ad Cicer. Divin. I. 18. & Reitzius V. Cl. in Ambiguis.

Cap. LV. *Sed tanta mansuetudine agebat, ut.*] Sic c. 64. *sed primo subdola concordia* egere. lib. IV. 4. *non eadem virtute ac* modestia. lib. XI. 37. *tanta inter extrema superbia* agebat. lib. XII. 54. *at non Felix pari moderatione* agebat. Hist. III. 49. *nequaquam pari innocentia post Cremonam* agebat. Vide etiam ad lib. IV. 42. & VI. 27. Hinc forte *imperator* legendum, in his Ambrosii de Obitu Theodosii p. 49. *quod tanta Imperatorem* ageret verecundia, *ut mallet sibi homines religione quam timore adstringere.*

Cap. LVI. *Instituta & cultum Armeniorum aemulatus .. proceres .. devinxerat.*] Lipsius dicit legi posse *aemulus*, quia sic Sallust. Fragm. IIII. 13. *a prima adolescentia .. facta consultaque ejus quidem* aemulus *erat*. Sed altera ratio, nec immerito, placuit nostro iterum Hist. III. 81. *Miscuit se legatis .. studium philosophiae & placita Stoicorum* aemulatus. Adde Cicer. pro Flacco c. XXVI. *ut omnes ejus* instituta *laudare facilius possint. quam* aemulari. Siquid igitur in scriptura librorum novandum, apud Sallustium mallem legere *aemulatus:* quod hic non sollicitandum, mecum statuisse nunc video Ernestium.

Cap. LIX. *Ægyptum proficiscitur.*] i. e. in Æ. ut c. 69. *At Germanicus* Ægypto *remeans* &c. pro ex Æ. vide ad Sulp. Sever. H. S. I. 15.

Cap. LXI. *Et profunda altitudo, nullis inquirentium spatiis penetrabilis.*] Seneca Epist. LXX. *quam animose in* profundam *se* altitudinem *maris immisit!* Livius XXXVIII. 23. *Et ma-*

magna pars rupibus inviis in profundae altitudinis *convalles delapsa est.* Hegesipp. I. 35. *ut aestimatio* profundae altitudinis *non comprehenderetur.* Vide & Lactant. VI. 4. c. n. Bunemanni.

Cap. LXIII. *Transgressus .. scripsit Tiberio, non ut .. supplex, sed ex memoria prioris fortunae. nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus, Romanam amicitiam praetulisse.*] Ernestius post *nam* subaudiendum putat *scripsit;* vel ante ista, *nam multis — praetulisse* subintelligendum tale quid, *non indignum se, cui opem ferat Caesar;* vel ceteroquin etiam conjici posse, *quam multis — praetulisset.* Primum omnino amplector: ac saepius duriore istiusmodi ellipsi post particulas *nam, enim, quippe, sed* &c. utitur noster. lib. III. 47: *Tum demum T. ortum patratumque bellum senatui scripsit: neque demsit aut addidit vero,* sed *fide ac virtute legatos; se consiliis superfuisse* (scil. ut verum erat, declaravit) lib. XV. 1. *Tiridates .. haud modice querendo gravior erat. Non* enim *ignavia magna imperia contineri: virorum,* &c. quod minus bene cepit Pichena: subaudiendum querendo dictitabat. c. 29. *Ille de nobilitate generis multum praefatus, cetera temperanter adjungit: Iturum* quippe *Romam, laturumque novum Caesari decus, non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaciden.* lib. XVI. 2. *oratoribusque praecipua materia in laudem principis adsumta est. Non* enim *tantum solitas fruges .. gigni, sed nova ubertate provenire terras,* scil. laudibus praedicabant, in laudis materiam adsumebant.

Cap.

Cap. LXIV. *In ea divisione arva & urbes .. Cotyi, quod incultum .. Rhescuporidi .. cessit: ipsorum*que *regum ingenia, illi mite & amoenum, huic atrox .. erat.*] Acidal. legebat .. *cessit; ut ipsorum regum ingenia* (nempe diversa erant): *illi quippe mite* &c. Sed haec *ipsorumque regum* &c. sic per copulam agglutinantur praecedentibus, ut ista quae vidimus ad c. XIV. & Histor. IV. 16. Incommodior autem horum nexus cum sequentibus *illi mite — erat:* molliusque foret, *ipsorumque regum illi mite & amoenum, huic atrox .. erat ingenium.* Sed aliter saepissime fert usus. lib. III. 54. *tot a majoribus repertae* leges .. illae *oblivione*, hae .. *contemtu abolitae.* lib. IV. 55. Ephesii Milesiique, hi *Apollinis*, illi *Dianae ceremonia occupavisse civitates visi.* lib. VI. 37. *Monet* Tiridaten primoresque, hunc, *Phrahatis .. meminerit;* illos, *obsequium retinerent.* lib. XIV. 51. *Atqui* illi *pro cognitis moribus fuere*, validior *Tigellinus in animo principis .. prospera populi & militum fama* Rufus, &c. i. e. atque illorum Tigellinus erat validior .. Rufus prosperâ p. e. m. famâ. Ovid. Metam. XV. 43.

Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis,
His *damnare reos*, illis *absolvere culpa.*

Consule etiam dicta ad Vellej. II. 47. Libenter autem, si per codices liceret, legerem *ipsorumque regum ingenia, illud mite & amoenum, hoc atrox .. erat;* vel, *i. r. i. illius m. e. a., hujus a. .. e.* Sed haud multo invenustior ista casuum enallage, quam observavimus lib. XIII

25. Analogia porro requirebat hic potius *i. r. ingenia .. erant;* Sed singulare illud *erat* accommodatur proximis per ejusmodi synthesin, quam illustravimus ad Sallust. Cat. c. XXXVII. 6. & c. XXV. 3. & Jug. c. XXIV. 8. supra c. 19. *Haud perinde Germanos vulnera, luctus,* excidia, *quam ea species dolore & ira* affecit: pro affecerunt. Confer quae ad c. 24. & lib. XIII. 37.

Ibid. *Enimvero .. immittere latronum globos, exscindere castella, caussas bello.*] Cave cum Boxhornio (ad lib. VI. 15.) ante *caussas bello*, subaudias e praecedentibus *immittere:* nam per ejusmodi appositionem, quam vidimus ad Justin. II. 4: 6. & Dict. Cret. IV. 3. aliique Hist. I. 44. & III. 61. *caussas bello* valet, quae res caussae erant bello. Ita lib. I. 27. *ut quis .. occurreret, manus intentantes,* caussam *discordiae &* initium *armorum.*

Cap. LXV. *Transferretque invidiam criminis.*] Nepos Alcib. c. IV. *potius de praesente quaestio haberetur, quam absens* invidia criminis .. *accusaretur.* Sic enim non male quidam libri, quamvis nec damnanda aliorum scriptura *invidiae crimine*. ut Livius XXVIII. 43. *famam rerum gestarum extulit verbis, ad exstinguendum* invidiae crimen.

Cap. LXVIII. *Per idem tempus Vonones .. effugere ad Armenios conatus est . specie venandi .. avia saltuum petiit: mox* &c.] Non erat, quod optimus Gronovius mallet .. *conatus, sub specie* &c. Omittitur *itaque*, vel talis aliqua conjunctio, de qua brevitate vidimus ad c. 34.

Ibid. *Effugere ad Armenios, inde in Albanos He-*

Heniochosque & consanguineum sibi regem Scytharum conatus est.] Recte animadvertebat Gronovius praepositionem *in* non posse referri ad vocem *consanguineum*: sed cum ille legeret, *Heniochosque ad consanguineum*, ego potius, deleta praepositione *in*, rescripserim, *effugere ad Armenios, inde Albanos Heniochosque & consanguineum*, &c. ut post *inde* omissum a Tacito fuerit praegressa jam praepositio *ad*, per ellipsin sane illi familiarissimam. sic c. 65. de *tempore, loco, dein* (de) *conditionibus*. lib. III. 9. Per *Picenum ac mox* (per) *Flaminiam viam adsequitur legionem*. lib. IV. 16. *Sub idem tempus* de *flaminio .. legendo, simul* (de) *roganda nova lege disseruit*. lib. VI. 51. *quamquam mater* in *Liviam, & mox* (in) *Juliam familiam adoptionibus transiret*. Hist. I. 47. ad *seditionem ac discordias; & ad extremum* (ad) *bella civilia ruebant*. V. Agric. c. XXXV. *ne simul* in *frontem simul &* (in) *latera suorum pugnaretur*. Livius IX. 15. *ambigi Luciusne Cornelius .. eas res* ad *Caudium atque inde* (ad) *Luceriam gesserit*, &c. lib. XXXI. 2. *Sub idem fere tempus &* ab *Attalo rege, &* (a) *Rhodiis legati venerunt*. Vellej. II. 1. *Tum Pompejum ..* ad *turpissima deduxit foedera .. nec* (ad) *minus turpia .. consulem*. Aur. Victor Caesar. c. V. *Illa per alteras* ad *patrui nuptias, atque alienorum cruciatibus* (ad) *mariti exitium, hic paullatim ad sacerdotem Vestae .. processerunt*, ubi Schottus dubitabat scribendumne *in mariti exitium*, an ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum *ad*, quorum posterius verum videtur. Lactantius Epit. c. LIX. *vel* in *remissionem peccatorum, vel* (in) *perni-*

ciem bonorum ſententias venditabat. quem locum aliis defendimus. Atque hinc etiam manifeſta fit integritas duorum iſtorum Taciti locorum: lib. XIII. 53. *mox fluvio Moſella* in *Rhenum*, *exin* (in) *oceanum decurrerent.* & Hiſtor. III. 41. *ipſe flexit* in *Umbriam*, *atque inde* (in) *Hetruriam.* & Sueton. Caeſ. c. XXXV. *Ab Alexandria in Syriam*, *& inde Pontum tranſiit.* Saepius tamen additur praepoſitio, ut docet Oudend. ad Sueton. Veſpaſ. c. V.

Cap. LXIX. *Tum Seleuciam digreditur*, *opperiens.*] Erneſtio legendum videtur *degreditur.* Sed librorum ſcriptura praeſtat, vel cur moveatur ſaltem nulla eſt plane cauſſa. vide ad lib. IV. 74. Idem ſtatuendum lib. VI. 1. *& ſaepe in propinqua* digreſſus, .. *ſaxa rurſum & ſolitudinem maris repetiit.* Ac multoties fruſtra hoc verbum ſollicitari videmus a viro laudato, ubi diſcedendi vel abeundi notionem ſatis congruam habet.

Cap. LXX. *Ea Germanico haud minus ira*, *quam per metum accepta.*] Fruſtra Heinſium velle *irae* ſc. fuerunt, optimo jure judicavit Erneſtius, & nos dudum his evicimus rationibus. Primo quod *accipere ira* pro cum ira, per iram, ſic dici potuit, ut lib. I. 59. *fama* .. ſpe *vel* dolore accepta. lib. III. 1. ſilentione *an* voce *aliqua egredientem exciperent.* Deinde plura loca notavi, in quibus ſic caſum ablat. cum accuſativo & praep. *per* jungit Tacitus. Lib. I. 7. per *uxorium* ambitum *& ſenili* adoptione *irrepſiſſe.* & c. 11. *addideratque conſilium coërcendi*... *incertum* metu, *an* per invidiam. lib. III. 4. *dies* .. *modo* per ſilentium *vaſtus*, *modo* ploratibus *inqui-*

quies. Ita lib. IV. 5. & 50. lib. XIV. 24. Hist. II. 87. & V. 15. Livius XXXIX. 8. *multa* dolo, *pleraque* per vim *acta*. Sallust. Jug. c. VII. *neque* per vim, *neque* insidiis *opprimi posse*.

Cap. LXXIX. *Ubi praetor .. reo atque accusatoribus diem praedixisset.*] Non esse cum nonnullis legendum *prodixisset*, docent notata ad c. VI. & aliis jam observatum cerno.

Ibid. *Quosque .. inimicis ejus adversos cognoverat, contrahit, magnitudinem imperatoris identidem ingerens, & remp. armis peti.*] Mihi non satis liquere fateor, cur cum Gronovio τὸ *magnitudinem imperatoris* referremus ad dictionem *armis peti*, quam ad verbum *ingerit*, i. e. ostentat, commendando inculcat . ut Seneca Benef. I. 12. *ubi ante oculos est* (munus) *& oblivisci sui non sinit, sed auctorem suum* ingerit. *& inculcat*. Petron. Sat. c. CXL. *Matrona .. tum anus & floris exstincti, filium filiamque* ingerebat *orbis senibus*. Sulp. Severus V. Martini c. XXV. *praestantissimumque nobis .. Paullini .. exemplum* ingerebat. vide quae ad ejus H. S. lib. I. 49. *Petitam armis remp.* rursum dixit lib. III. 13. Recte autem, ni fallit animus, per *imperatorem* intelligit Freinshemius Germanicum, ut lib. III. 14.

Cap. LXXX. *Ut venere in manus, non ultra dubitatum, quam dum Romanae cohortes in aequum eniterentur . vertunt terga Cilices, seque castello claudunt.*] Quid volunt illa, *non ultra dubitatum*, nisi non amplius dubitasse Cilices de pugna aut conferenda aut declinanda? Sed nullus istiusmodi dubitationi, post initam

jam pugnam, locus. Quamobrem scribendum omnino existimo *non ultra dimicatum.*

Ibid. *Regressusque, & pro muris semet adflictando, modo singulos nomine ciens, praemiis vocans, seditionem coeptabat.*] Aurelio credibile non videbatur, Pisonem tantae arrogantiae, tantaeque nobilitatis virum, nec fortunae succumbentem, *sese adflictasse:* legebatque proinde, *& pro muris modo sua castra metatus ad conflictandum, modo* &c. Sed quam audax ista emendatio, quam debili fundamento nixa! Adflictare enim se potuit Piso, multumque sibi negotii facessere, non quod animo desponderet, sed ut partis contrariae misericordiam auxiliumque sibi conciliaret. *Pro muris* hic esse *in muris*, non ante vel extra muros, verissime jam docuit Gronovius, cujus etiam vide Observ. IV. 1.

Cap. LXXXI. *Et peti aggerem, erigi scalas jussit, ac promtissimum quemque succedere, alios tormentis.*] Quamvis *petere aggerem* pro illi faciendo materiam comportare cum Caesare B. Gall. II. 20. dixerit noster lib. I. 64. Ernestius tamen ita phrasin hic capi cum Freinshemio posse, negat, perque *aggerem* murum castelli intelligit; quia de castello non obsidendo, sed impetu expugnando sermo fit. Sed peti nihilominus agger, i. e. materia faciendi aggeris potuit, si forte impetus in expugnando castello parum procederet, quocirca a Freinshemii sententia non discesserim.

Cap. LXXXV. *Ut quatuor millia libertini generis, ea superstitione infecta, quis idonea aetas, in insulam Sardiniam veherentur, coërcendis.*] Heinsius malebat *i. i. Sardiniam deve-*

her-

berentur: at simplicia *vehere*, *ducere*, *portare*, *ferre*, *trahere* &c. sic passim pro compositis adhibentur. lib. XII. 40. *At .. ne provincia sine rectore foret*, *A. Didium suffecit. Is propere* vectus, *non tamen integras res invenit*, &c. Hist. V. 20. *Civilis .. relicto equo transnatavit .. Tutorem Classicumque adpulsae lintres* vexere. Prudentius Peristeph. I. 489.

Erupit volens
Vocem secutus spiritus.
Vexere *corpus subditis*
Cervicibus quidam Patres.

Idem in Symmach. I. 187.

Haec Italos induxit avos &c.
Utque deum mater Phrygia veheretur *ab Ida*,
Bacchida de viridi peterentur ut Orgia Naxo.

lib. II. 575.

Nullane tristiferis Tritonia noctua Carris
Advolitans, *praesto esse deum praenuncia Crasso*
Prodidit, *aut Papheam niveae* vexere *columbae*,
Cujus inauratum tremeret gens Persica limbum.

Ambrosius de Noë & Arca c. XIX. Ergo *quasi germinantis corruptionis ..* vexit *insigne folium oleae*, &c. Aur. Victor V. Illust. c. LXXX. *Quaestor in Cyprum missus ad* vehendam *ex Ptolemaei haereditate pecuniam*, *cum summa eam fide perduxit.* ubi non ausim cum editore Clar. *ad advehendam.* vide etiam ad lib. XII. 62.

Cap. LXXXVIII. *Caniturque adhuc barbaras apud gentes.*] Sic Hegesipp. I. 26. *Unde in urbibus ac vicis* canentium *vocibus celebrabatur, quasi pacem & quietem publicam multa post tempora reformasset.*

LIBRO TERTIO.

Cap. I. *Plures .. ruere ad oppidum Brundisium, quod naviganti celerrimum fidissimumque adpulsu erat.*] Quoniam durius sonat *oppidum celerrimum .. adpulsu*, tentare liceret *quo naviganti celerrimus fidissimusque adpulsus erat*, vel *quod n. celerrimus fidissimusque adpulsus erat*, ad formam istam, qua Justin. XVIII. 5. *Primus illis* adpulsus *terrae Cyprus* insula fuit. Sed sine auctoritate librorum nihil mutari praestat.

Ibid. *Atque ubi primum ex alto visa classis, complentur non modo portus & proxima maris, sed moenia ac tecta* &c.] Per *proxima maris* haud dubie non intelliguntur proximae partes maris, quamvis hoc per se notare dictio possit, sed *loca proxima mari:* nec tamen ideo cum Mureto aliisque legendum *proxima mari*, quoniam sic etiam, ut recte notavit Ursinus, circa voces, *propinquus*, *vicinus*, *finitimus* aliasque pro dativo adhibetur Latinis genitivus. Histor. V. 16. *Batavi Cunergique in dextro, laeva ac* propiora fluminis *Transrhenani tenuere.* Sallust. Jug. c. XLVIII. *Media autem planities deserta, praeter* fluminis propinqua *loca*. ubi plura. Neque aliter intelligi a Freinshemio debuit, lib. XV. 58. *Volitabantque per fora, per domos, rura quoque &* proxima municipiorum, *pedites*

equi-

equitesque. & Hist. III. 42. *trepidos .. admoto exercitu & missis per* proxima litorum *liburnicis, terra marique circumvenit.*

Ibid. *Idem omnium gemitus .. nisi quod comitatum Agrippinae, longo moerore fessum, obvii & recentes in dolore anteibant.*] Cogitare posses, *obvii, ut recentes in dolore, a.* Sed per hendiadyn solennem Tacito, *obvii & recentes in d.* fere idem, quod obvii qui recentes in d. erant. Sic c. 64. *idque ille credebatur .. gravi & dissimulata* (i. e. quam dissimulabat) *offensione abdidisse.* lib. II. 67. *quamvis ambiguum & scelera sua reputantem perpulit, ut* &c. i. e. ambiguum dum reputat s. s. lib. IV. 11. *ne divulgata atque incredibilia avide accepta, veris .. antehabeant* . i. e. divulgata quamvis incredibilia. *Recens in dolore*, ut Auctor ad Herenn. II. 7. *quod alius alio* recentior *sit* in dolore. Sine praep. supra lib. I. 41. *ut erat* recens dolore . ubi vide.

Cap. II. *Gnaris omnibus laetam Tiberio Germanici mortem, male dissimulari.*] *Male dissimulari*, i. e. non ita dissimulatione tegi, quin aliquo modo appareat. Hist. II. 92. *odiis, quae bello & castris* male dissimulata, *pravitas* &c. & IV. 11. male dissimulata *in eos Muciani iracundia, quamvis vultu tegeretur.* Idem *male tegere* dr. lib. I. 66. & Ann. IV. 12. Sueton. Tiber. c. XLI. *cuncta simul vitia*, male *diu* dissimulata, *tandem profudit* . vide Freinsh. Indice in Florum. Vellejus II. 109. *totumque ex* male dissimulato *agebat aemulum:* i. e. sic ut male dissimularet. ut recte quondam a me expositum esse, fidem quoque facit locus Senecae N.

Quaest. praef. *Plancus* .. *aiebat non esse occulte nec ex* dissimulato *blandiendum* . & *ex aperto* ita dixit Livius XXXV. 3. *ex occulto*, Cicero Offic. I. 30. Sed hoc velut in transitu.

Cap. III. *Seu victus luctu animus magnitudinem mali perferre visu non toleravit.*] Melius esset *m. m. perferre visu non valuit*, vel deleto, quod Ern. volebat, *m. mali visu non toleravit.* Verum ut verba *tolerare*, *pati*, *ferre*, *sustinere* sic infinitivo construi aliquando, ad lib. XIII. 42. ostendimus: sic perissologiae, quae in hac omnium librorum scriptura comparet, non desunt alibi exempla. Livius X. 11. *nunc ita obstinatos animos esse*, *ut* omnia ferre ac pati tolerabilius *ducant*, *quam ut unquam* &c. i. e. omnia tolerabiliora. Auctor de caussis corr. Eloq. c. III. *atque ideo* maturare *libri bujus editionem* festino. ubi v. notata. Vulg. Int. Jeremiae XX. 9. *& factus est in corde meo quasi ignis* .. *& defeci*, ferre *non* sustinens. Esther VII. 6. *vultum regis ac reginae* ferre *non* sustinens. pro quo *vultum cujus non sustinere* brevius dixit Livius. Augustin. Epist. LXXX. p. 362. *moras* se perpeti *moleste* ferebant. Hegesipp. III. 24. *Neque enim ulla in Hebraeis* .. *rei militaris scientia* .., *nullus disciplinae usus*, *nulla* tolerandi patientia.

Ibid. *Facilius crediderim*, *Tiberio & Augusta* .. *cobibitam*, *ut par moeror*, *& matris exemplo avia quoque & patruus attineri viderentur.*] Concinnius videbatur Heinsio, *ut pari moerore & matris* &c. quod non putabat nuperus editor, nec ego; sive in his *ut par moeror* subintelligatur e seqq. *videretur*, sive subaudire

ma-

malimus *esset*. ut lib. I. 7. *vultuque composito*, ne *laeti* (essent) *excessu* principis, *neu tristiores primordio*, *lacrymas* &c. Hist. I. 5. *arduus rerum omnium motus* ne *contumax silentium*, ne *suspecta libertas*, sc. esset. lib. III. 31. ne *Cremona quoque excisa nulla ultra venia* (esset), *omnisque ira .. in tribunos .. verteretur*. lib. IV. 18. ut *suo militi recens gloria ante oculos* (esset), *& hostes memoria cladis terrerentur*. V. Agric. c. XXXV. *Britannorum acies .. editioribus locis constiterant; ita* ut *primum agmen aequo* (esset), *ceteri per acclive jugum connexi velut insurgerent*. Ita & Vopiscus Aureliano c. XLIX. *Senatum .. matrona reddi voluerat, ita* ut *primae illic* (essent) *quae sacerdotia, senatu auctore, meruissent*. ubi Casaubonum τὸν πάνυ falli puto, cum elapsum hoc verbum crederet. Sic autem *moeror* intelligi hoc Taciti loco debet luctus externus. ut lib. II. 77. *Et periisse Germanicum nulli jactantius* moerent, *quam qui maxime laetantur*. Cicero ad Att. XII. ep. 28. moerorem *minui, dolorem nec potui, nec si possem, vellem*.

Cap. IV. *Cum .. integram sibi sobolem ac superstitem iniquorum precarentur.*] Rhenanus conjicit *sup. inimicorum*, sed ut voces *inimicus*, *adversarius*, passim tanquam substantiva adhibentur, ita hoc aliquando etiam fit de τῷ *iniquus*. Cicero Famil. XI. ep. 27. *Ea .. si quando audio, tam defendo, quam me scio a te contra* iniquos *meos solere defendi*. in Verrem V. 69. *Ego mei rationem officii confido esse omnibus* iniquissimis *meis persolutam*. pro Plancio c. XVI. *Tu, me ignaro nec opinante, inscio*, (legerim *invito*. v. pro Sulla c. XIX.) *notes ..* iniquos

meos

meos &c.? & c. XXIII. *Multi amici accusatoris, nonnulli etiam nostri* iniqui, *multi .. omnium invidi multa finxerunt* . in quibus duobus locis Lambinus quoque *inimicos* & *inimici* malebat. Adde Malasp. ad Ciceron. Epist. ad Brut. I. & quae ad Sallust. Jug. c. XXVII. 2.

Cap. V. *Sed tanto plura decora mox tribui par fuisse, quanto prima fors negavisset.*] Non opus est cum Mureto rescribi *quando prima f. n.* quemadmodum enim *quo* post *eo* pro quia, quoniam sumi, vidimus ad Justin. III. 5. ita τὸ *quanto* post *tanto* saepe eadem ratio est. lib. I. 68. *Hosti .. sonus tubarum, fulgor armorum,* quanto *inopina, tanto majora offunduntur.* lib. IV. 48. *tanto infensius caesi,* quanto *perfugae & proditores ferre arma ad suum patriaeque servitium incusabantur* . lib. VI. 45. .. *tanto acceptius in vulgus,* quanto *modicus privatis aedificationibus, ne publice quidem nisi duo opera struxit.* Vulg. Int. Ep. ad Hebraeos X. 25. .. *sed consolantes, & tanto magis,* quanto *videritis appropinquantem diem.* Apulej. Metam. VIII. p. 156. *per femur dextrum lanceam immisit, tanto ille quidem fidentius,* quanto *crederet ferri vulnera similia futura profectu dentium.* Novatian. de Trinit. c. I. *ut divinas leges tanto magis homo custodiret,* quanto *illas etiam elementa servassent.* Ita Augustin. C. Dei XIV. 15. & Epist. LVI. p. 275. aliique.

Cap. VI. *Multos inlustrium Romanorum ob remp. obiisse, neminem tam flagranti desiderio celebratum: idque & sibi & cunctis egregium, si modus adjiceretur.*] Haud facile cum V. D. tentaverim *itaque & sibi* &c. Sensus: tamque

fla-

flagranti desiderio celebrari Germanicum, & sibi & cunctis decens atque honestum, si modus adesset. Sed his scriptis, in addendis suis retractare suam notam videri Ernestium video.

Ibid. *Ut quondam divus Julius .. ut divus Augustus, ereptis nepotibus, abstruserint moestitiam.*] Non debuisse Acidalium reponere *absterserint*, quum ita *abstrudere metum* rursum dicatur lib. XV. 5. bene ad Plinii Paneg. c. XLV. observavit Io. Arntzenius.

Ibid. *Quia ludorum Megalensium spectaculum suberat.*] i. e. aderat, in propinquo erat. Cicero pro Mil. c. XVI. *cum bonoris amplissimi contentio & dies comitiorum* subesset. Hegesip. I. 8. *Matura flagitii ultio* subest, *& jam digno convenior parricidii mei pretio.* Ovidius Met. XI. 234.

Myrtea silva subest.

cum nota Burmanni. Talia exempla non suppetebant eleganti Rykio, quando *subierat* legendum pro *suberat* autumabat, quod nec immerito Ernestio displicuit.

Cap. VII. *Et crebro questu, quod vagus interim per amoena Asiae atque Achajae, adroganti & subdola mora scelerum probationes subverteret.*] Minus appositum quod conjicit Heinsius, *vagus itinerum*, quam *vagus per amoena A.* pro otiose ac dissolute discurrens, Et emendationem istam nunc editori Cl. rejectam video. Sulp. Sever. Dial. II. 8. *quia quamdam viduam* vagam, *nitidulam, sumtuosam objurgaverim.*

Cap. XI. *Arrecta omni civitate... satin' cobi-*

biberet ac premeret sensus suos T. an prometeret.] Ut saepe *premere*, ita nonnunqnam, *cobibere* venit pro occultare. lib. XV. 54. *mirum quam .. taciturnitate omnia* cohibita *sint.* Ausonius Epigr. XXXIV.

Scripsit plurima, quae cohibet.

junxit autem verba *cohibere* & *premere* per synonymiam ejusmodi, qua Plinius Pan. c. IV. *quod parens noster privatas gratiarum actiones* cohibet *&* comprimit.

Cap. XIV. *Nunquam satis credito, sine fraude Germanicum interiisse.*] *Satis credere* pro satis certe firmiterque sibi persuadere, peramata Livio dictio. lib. IV. 51. *quos sibimet ipsis conscisse mortem*, satis creditum *est*. Ita XXIX. 37. XXXIX. 56. & saepius.

Cap. XVII. *Biduum super haec imagine cognitionis absumtum.*] Insuetum Latinis *super haec* pro super his, de his: quamobrem cum Rykio ex Agric. codice legendum *Biduum super hac imagine cogn. abs.* in quibus tamen verbis *super* non cum viro laudato ad sequentem ablat. *hac imagine*, sed ad praeced. accusativum *biduum* refero; ut *biduum super*, tralaticia metathesi, valeat super biduum, plus quam biduum. Hist. I. 20. *At illis vix decimae* super *portiones erant.* lib. III. 19. *Utque cumulos* super .. *incessere*, &c. c. 26. *quae* super *cuncta terrebat ipsorum miles* &c. lib. IV. 40. *consulendum tali* super *re principem.* Rursum Ann. I. 60. *quantumque Amisiam & Luppiam* inter *amnes, vastatum* . lib. IV. 5. *Misenum* apud *& Ravennam*, & c. 48.

48. *lucum intra.* lib. III. 10. *judice* ab *uno.* lib. II. 10. *oppido* a *Canopo.* lib. XIII. 12. *uxore* ab *Octavia.* c. 47. *quo solutius urbem* extra *lasciviret.* lib. XII. 56. *urbe* ex *ipsa.* Huc refer etiam quae ad lib. I. 65. lib. II. 6. & lib. IV. 60.

Cap. XIX. *Is finis fuit ulciscenda Germanici morte .. vario rumore jactata.*] Lege *I. f. f. ulciscendae G. mortis* (vel *morti*) .. *v. r. jactatae.* ut c. 43. *Isque Treverici* tumultus *finis.* Livius V. 21. *Is finis* sanguinis *fuit.* lib. VI. 42. *Et ne is quidem finis* certaminis *fuit.* lib. VIII. 24. *Is finis* lacerationi *fuit.* lib. XXI. 56. *Finis insequendi* hostis *Poenis flumen Trebia fuit.* lib. XXVIII. 52. *Is finis* Bocchari *sequendi fuit.* Nollem autem, ablativum hunc Ernestio satis Latinum visum pro genitivo vel dativo, renitente plane analogia & usu: nec sane probat talem ablativum inesse his Livii I. 44. *Is finis* censendo *factus est* . & nostri, in mox sequentibus: *urbe egressus repetendis* auspiciis. Nihil etiam huc facit locus ab illo allegatus ex XIV. 4.

Cap. XX. *Simul excepta vulnera, & quamquam transfosso oculo, adversum os in hostem intendit* neque &c.] Sic omnino interpungendum existimo, nec porro quidpiam in his desidero. *Excepta vulnera .. in hostem intendit*, i. e. obvertit & infert.

Ibid. *Donec desertus suis caderet.*] Solet plerumque addi praepositio *a.* Livius XXXV. 30. *Illi ubi hostes adesse, & a* suis desertos *viderunt*, &c. Justin. XXXIX. 2. *ac* desertus a suis, *a latronibus capitur.* Sed & omittitur, ut vidimus ad Justin. XXII. 4.

Cap.

Cap. XXII. *Adeo vertit ac miſcuit irae & clementiae ſigna.*] Non video cur *vertit* potius abſolute accipiamus pro ſe vertit, quam una cum ſequente *ac miſcuit* referamus ad accuſativum *irae & clementiae ſigna.* Verba *vertere* & *miscere* ſic jungi potuerunt, ut *mutari* & *miſcere* apud Salluſt. Catil. c. III.

Cap. XXIV. *Ut valida divo Auguſto in remp. fortuna, ita domi improſpera fuit.*] Sic ex perpetua variandae orationis conſuetudine *domi* (pro *in domum*) opponit τῷ *in remp.* neque enim *in rep.* cum Erneſtio malim. vide ad lib. XI. 25.

Ibid. *Si effectis in quae tendi, plures ad curas vitam produxero.*] Praeſtaret, obſervante Erneſtio, *tetendi. Tendere in aliquid* pro aggredi, ſuſcipere aliquid. ut Hegeſipp. I. 43. *Namque libertorum querelis .. ſtimulatus, ..* in *plurimorum quaeſtionem* tetendit. Mallem nihilominus, ſi quo modo addicerent libri, *ſi effectis, quae intendi,* &c. ut Salluſtium cum aliis loqui, pluribus oſtendi ad iſta Jugurth. c. CIV. *infecti negotio, quod* intenderet.

Ibid. *Nec niſi Tiberio imperitante deprecari ſenatum ac principem auſus eſt, M. Silani potentia, qui per inſignem nobilitatem & eloquentiam praeceſſebat.*] Acute Acidalius legebat *qui ſuper* (poſſes & *qui praeter*) *inſignem nobilitatem &* (i. e. etiam) *eloquentia praecellebat.* Atque ita cum ablativo conſtruere alibi verbum *praecellere* ſolet noſter. An per *nobilitatem* intelligi debet animi generoſitas? ut lib. I. 29. *vocata concione, quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita incuſat priora, probat praeſentia.* lib. II. 38. *egere alii gratias: ſiluit Hortalus, pa-*

pavore an avitae nobilitatis .. *retinens.* Valer. Max. VII. 3. 2. *Nam cum a rege .. omnem* nobilitatis *indolem* excerpi ... *animadverteret; obtusi se cordis esse simulavit.* Sed praestare videtur, ut intelligatur dignitatis splendor; cujus ita alibi cum eloquentia mentio fit. lib. VI. 29. *Mamercus .. insignis* nobilitate & caussis orandis, *vita probrosus.* lib. XIV. 19. *qui summis* honoribus & *multa* eloquentia *viguerunt.*

Cap. XXVI. *Maximeque fama celebravit* (leges) *Cretensium, quas Minos, Spartanorum, quas Lycurgus, ac mox Atheniensibus quaesitiores jam & plures Solon perscripsit.*] Quid vero? an Spartanorum leges Atheniensibus Solon perscripsit? Hoc ne dicat Tacitus, legendum credo *ac mox Atheniensibus* (vel potius *Atheniensium*) *quas quaesitiores jam & p. S. p.*

Cap. XXIX. *Qui ejusmodi preces occulti illuderent.*] Heinsius *occulte.* Sed ut innumera alia, ita & hoc adjectivum saepius adverbialiter usurpatur. lib. IV. 12. *domumque Germanici revirescere,* occulti *laetabantur.* c. 40. *excessisse* (te) *jam pridem equestre fastigium .. non* occulti *ferunt.* c. 67. *quanto intentus olim publicas ad curas, tanto* occultior, *in luxus & malum otium resolutus.* lib. XIV. 22. *qui* occulti *rebellionis conscii consilia turbabant.* in quibus duobus locis ad hunc usum vocis minus attentos fuisse existimo viros doctos. Sallust. Jug. c. LXI. *efficit ut ad se colloquendi gratia* occultus *veniat.* Frontinus Strat. II. 5: 8. *ipse cum expeditis post castra hostium consedit* occultus. Vopiscus Aur. c. XXIV. *qua posset Aurelianus* occultus *adscendere.*

Ibid. *Plebi admodum laetae, quod Germanici*

 stir-

stirpem jam puberem adspiciebat.] Rectius esse *adspiciebant*, quamvis sic vox *plebs* cum aliis collectivis in singulari verbum plurale aliquando adsciscat, mihi non probat Heinsius.

Cap. XXXIV. *Multa duritie veterum melius & laetius mutata.*] Omnino cum interpretibus legendum *in melius & l. m.* Quamvis autem *duritiam*, non *duritiem*, dixerit noster lib. I. 35. & XIII. 5. manere tamen possit *duritie* i. e. *duritiei*, ex illa omittendae literae *i* consuetudine, de qua commentatores Ovidii Met. III. 341. Flori II. 2: 10. Sallustii Jug. c. XVI. 3. & Fragm. I. 20. Ita *luxu*, pro *luxui*, *commeatu* pro *commeatui* & alia quartae declin. observata a pluribus, supra c. 30. lib. XII. 5. & 62. Histor. II. 71. Sallustii Jug. c. VI. 1. & alibi. *Multa duritiei veterum*, i. e. multa quae erant d. v. vel in quibus durities veterum obtinebat. ut lib. XIII. 54. *quod cum comiter a videntibus exceptum, quasi* impetus antiqui, &c. & infra 55. *nostra quoque aetas multa* laudis & *artium imitanda posteris tulit.* ubi vide. Vel exponi posset, multa ex duritie v., multum duritiei v., magna pars duritiei v. ut Sallust. Jug. c. LXXVIII. *Ejus civitatis* .. legum cultusque pleraque *Sidonica.* Hieronymus inter Epist. Augustini XXX. extr. pleraque *enim prioris* laboris *fraude cujusdam amisimus.* Utcunque intelligas, non necesse erit cum quibusdam conjici, *multa a* (vel *de* vel *e* ..) *duritie veterum in m. e. l. m.*

Ibid. *Frustra nostram ignaviam alia ad vocabula transferre.*] Sallust. Fragm. III. 9. *neu* nomina *rerum ad* ignaviam *mutantes, otium pro servitute appelletis.*

Cap.

Cap. XXXVI. *Licentia impune probra & invidiam in bonos excitandi.*] Heinsius, cum ante voluisset *exertandi*, deinceps referebat ad illud c. 25. *incitandis coelibum poenis.* Sed minus opportunum id exemplum, quam hoc Aur. Victoris Epit. c. XLVI. *odia contra se militum* excitavit. Ammian. XVI. 8. *ad imperatoris pervolat castra*, excitaturus *calumnias consuetas*. & quae alia ex Cicerone pluribusque proferri possunt.

Ibid. *Haud dissimilia alii, & quidam atrociora circumstrepebant.*] Cur hic cum viro nob. vellemus *& quidem?*

Cap. XXXVIII. *Qua tempestate, Cotye fratre interfecto, bellum adversus nos volverat.*] Quia non frater, sed fratris filius erat Cotys, legunt *Cotye fratris filio interfecto.* Acutius autem veriusque, puto, Heinsius ad Vellej. II. 129. *Cotye fraude interfecto.*

Cap. XLII. *Florus, incertis latebris victores frustratus, postremo visis militibus, qui effugia insederant, sua manu cecidit.*] Heinsius *postremo obvius militibus.* Ego mallem *postremo visus militibus*, modo sit quidpiam innovandum.

Cap. XLVI. *Quanto pecunia dites & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Aeduos evincite & fugientibus consulite.*] Non sane cum Erud. Crusio (in Observ. Misc. Novis) legendum, *& fugientibus consistite:* quemadmodum nec reponendum, ut ille voluit, idem verbum in verbis Min. Felic. c. V. *si mihi .. quasi ignarus partis utriusque* considas. ubi v. Davisius. Sed omnino, quod & alii viderunt, cum Heinsio rescribi oportet, *& fugientibus consuli-*

lite: i. e. parcite, tanquam nempe ira victoriae indignis. Opportune huc adfert vir nobilissimus ex lib. XIII. 40. *quibus jusserat ut instantibus cominus resisterent, refugos* non sequerentur. lib. XIV. 38. *novum legatum opperiendum esse, sine hostili ira & superbia victoris clementer deditis* consulturum. Curt. IV. 1. *& vincere &* consulere *victis scio.* Addo Hist. III. 82. *ne asperatus praelio miles, non populo, non senatui, ne templis quidem ac delubris deorum* consuleret. Ita quod Ann. XV. 61. est *adspectui parcere, adspectui consulere* dr. ibid. 18.

Cap. XLVII. *Simulque caussas, cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum forent, adjunxit; magnitudinem imperii extollens neque decorum principibus, si una alterave civitas turbet, omissa urbe, unde in omnia regimen: nunc quia non metu ducatur, iturum, ut praesentia spectaret componeretque.*] Si nihil mutandum, cum Pichena circa haec *omissa urbe* subaudiendum ex praecedentibus *proficisci ad bellum*, non vero cum Rykio ex sequentibus *duci*, qualis ellipsis nimium sane inficeta foret. Sed omnia longe melius fluunt ex emendatione, ut mihi videtur, certa Aurelii Freinshemiique, *omisisse urbem, unde* &c. i. e. omittere, ut passim praeteritum infinitivi pro praesenti reperitur. Et longe aptius hoc, quam quod Heinsio placuit, *omissam urbem.*

Cap. LII. *Ventris & ganeae paratus .. fecerant curam, ne princeps .. durius adverteret.*] Non sane fuit hic tentandum *injecerant* vel *acuerant curam. Facere* ita pro excitare lib. IV. 63. *& saepe certamen, si confusior facies ..*

erro-

errorem *agnoſcentibus* fecerat. Hiſtor. III. 10. & .. *ſociorum equites vanam* formidinem *ut hoſtes* fecere. Sic *metum*, *tumultum*, *ſollicitudinem facere*, obviae apud noſtrum, Salluſtium, Livium aliosque, formulae ſunt. Vide & ad Sever. Dial. III. 14: 8.

Ibid. *Integrum id negotium ad principem diſtulerant.*] i. e. differentes remiſerant. Livius XXVI. 51. *quas* (legationes) *partim dato reſponſo ex itinere dimiſit*, *partim* diſtulit *Terraconam*, *quo .. edixerant conventum.*

Cap. LIV. *Et exonerari laborum meorum partem fateor.*] Heinſius legebat *parte*, ſubaudito *me*. Poſſes nec minore veri ſpecie, *e. e. l. m. parte me fateor.* Sed ut *levare onus alicujus*, & *aliquem onere* dicimus: ita nihil prohibet, dici *labores* alicujus *exonerari*, qui illis exoneretur. Sic *diminui*, *ſuppleri* quid dicitur, quo demto vel addito aliud quid diminuatur aut ſuppleatur. lib. II. 56. & *quaedam ex regiis tributis* diminuta: i. e. regia tributa partim diminuta. Ita *nova ubertate provenire terrae* dicuntur lib. XVI. 2. quarum fructus n. u. proveniunt. *Liberari obſidium*, quo obſeſſi liberantur, Hiſtoriar. IV. 37. *Offundi pavore*, cui pavor offunditur, lib. XI. An. 31. ubi vide. Et innumera ejusmodi hypallagarum exempla ſunt, ut vidimus ad Sulp. Sever. H. S. I. 51: 3. & alibi.

Cap. LV. *Et quamquam .. plerique pecunioſam ad ſenectam pervenirent*, *manſit tamen prior animus.*] Cur hicce *perveniſſent*, non *pervenirent*, a Tacito ſcriptum, putaret vir eruditus, rationem eſſe ſatis idoneam non credo: & infini-

nita ſic loca apud noſtrum aliosque mutanda forent, ut poſt multos alios multoties obſervavimus.

Ibid. *Sed noſtra quoque aetas multa laudis & artium imitanda poſteris tulit.*] An potius, *multa laudis & artis imitanda* &c. ? ut, quem ſequi geſtit Cornelius, Virgil. Georg. II. 174.

Tibi res antiquae laudis & artis
Ingredior, ſanctos auſus recludere fontes,
Aſcraeum cano Romana per oppida carmen.

Genitivo fere ſimili Ammian. XXXI. 8. *nec enim aliena non rapere* laudis *eſt*. Adde quae ad c. 34. & alibi commentati ſumus.

Cap. LXII. *Sed Aphrodiſienſium civitas Veneris, Stratonicenſium Jovis & Triviae religionem tuebantur.*] Mureius *ſed* delet. Acidalius volebat, *ſeque Aphrod. c. V. S. J. e. T. religione nitebantur.* At conjunctio *ſed* paſſim ita periodos nectit, ut ſine ullo detrimento abeſſe poſſet. Sic c. 64. Sed *tum ſupplicia diis decernuntur* . & alibi. Nec tamen cum optimo Gronovio nihil in his moliendum exiſtimo, ſed plane mihi perſuadeo reſcribendum — *religione nitebantur* . ut cap. ſeq. *Conſules ſuper eas civitates, quas memoravi, apud Pergamum compertum aſylum retulerunt, ceteros obſcuris ob vetuſtatem initiis* niti. .. *Propiora Sardianos* (referre): *Alexandri victoris id donum ; neque minus Mileſios Dario rege* niti. lib. IV. 55. *Pergamenos* (*eo ipſo* nitebantur) *aede Augusto ibi ſita, ſatis adeptos creditum.*

Ibid. *Altius H. expoſuere, Perſicam apud ſe*

Di-

Dianam, delubrum rege Cyro dicatum.] Freinshem. legit *regi Cyro* d. & intelligit a rege C. Sed quia *dicare quid alicui* est honori vel cultui alicujus quid consecrare, destinare, ut c. 64. initio; minus grata foret ista ambiguitas, maluissetque noster scribere *a rege Cyro:* quemadmodum lib. IV. 43. *templi .. quod suis* a majoribus *suaque in terra* dicatum. Praestat igitur *rege Cyro*, i. e. tempore curaque Cyri regis. Virgil. Æn. VII. 261.

Non vobis, rege Latino,
Divitis uber agri Trojaeve opulentia deerit.

Cap. LXV. *Ne virtutes sileantur, utque pravis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit.*] *Posteritas* ita pro memoria, fama apud posteros dr. Hist. II. 53. Caesar B. Civ. I. 13. *proinde habeat rationem* posteritatis & *periculi sui.* Cicero pro Rabir. perd. c. X. *spe* posteritatis *fructuque ducatur.* Tusc. I. 15. *cum optimus quisque maxume* posteritati *serviat.* pro Sextio c. LXVIII. posteritati, *gloriae serviamus.* Sic *memoria posteritasque*, in Verr. V. 14. Philipp. XIV. 1.

Cap. LXVI. *Obscura initia impudentibus ausis propellebat.*] *Obscura initia* i. e. ignobilem originem. Vellej. II. 76. *qui natus* obscurissimis initiis, *parum habebat summa accepisse .. nisi in id adscendisset*, &c.

Cap. LXVII. *Ausis ad Caesarem codicillis, quibus invidiam & preces miscuerat.*] Rykius volebat *ausus .. codicillos*, quia *ausus* nunquam apud Tacitum passive venit. Sed ita tamen

Vellej. II. 80. *Non ab Scipione .. quidquam* ausum *patratumque fortius.* & infinita talium participiorum exempla. *Audere codicillos* sensu praegnante est audere mittere, ut plenius loquitur auctor lib. VI. 30.

Cap. LXXII. *Nec Augustus arguerat Taurum ... exundantes opes ornatum ad urbis .. conferre.*] Licet non malo scriptum hic sensu fuisset *arcuerat*, hoc tamen, invitis libris, alteri substitui cum Lipsio aliisque nihil opus est: maximeque miror, vix Latinum visum Gronovio, *arguerat Taurum .. conferre*, pro, quod conferret, ut lib. I. 40. & alibi cum conj. *quod* & subjunctivo venit hoc verbum. Sic lib. IV. 12. *ut* superbiam .. inhiare *dominationi* .. arguerent. vide & c. 37. lib. V. 8. *illum indices* arguebant .. *pecuniam rebus novis* obtulisse. Livius XXXVII. 28. juvisse *eos hostium classem* arguit. lib. XL. 12. *cujus virtute & consiliis me nunc* arguis regi... Sic Sulp. Sever. H. S. I. 12. Aur. Victor, ceterique passim. Verbum autem *arcere* vix ita apud prosae scriptorem probatum cum infinitivo reperias; eaque de caussa de integritate hujus loci non dubito, licet *arcuerat* receperit Ernestius, cujus argumentatio acumine ipsius plane indigna est. De usu isto infinitivi vide etiam, si tanti sit, notam meam in Justin. XII. 5.

Cap. LXXIII. *Nam Tacfarinas .. hoc adrogantiae venerat, ut.*] Legendum, *huc adrogantiae*, quomodo allegavit etiam hunc locum Cortius ad Sallust. Jug. c. I. 5. lib. VI. 24. huc *confidentiae venisse, ut* &c.

Cap. LXXIV. *Alio latere, ne Circensium* pa-

pagi impune traherentur.] *Pagi* dicuntur *trahi*, quorum incolae *trahuntur*, i. e. diripiuntur, injuriis infeſtantur. Salluſt. Fragm. IV. 7. *quin ſocios*, *amicos*, .. trahant, *excidant* . ibique v. comment.

LIBRO QVARTO.

Cap. I. *Corpus illi laborum tolerans*, *animus audax*, *ſui obtegens*, *in alios criminator.*] Lib. III. 54. *corruptus ſimul & corruptor* .. animus *haud levioribus remediis reſtinguendus eſt.* Salluſt. Jug. c. LXIV. *cui inerat* contemptor animus *& ſuperbia* . ubi alia Cortius, laudatque Bentl. ad Horat. IV. Od. 9: 30

Cap. II. *Ut ſimul imperia acciperent*, *numeroque & robore & viſu inter ſe*, *fiducia ipſis*, *in ceteros metus crederetur.*] Facile adſentior emendantibus *metus crearetur.* Sic lib. XII. 31. *Ille gnarus primis eventibus* metum *aut* fiduciam gigni, *citas cohortes rapit.* Hiſt. II. 66. *ni duae praetoriae cohortes* .. *his* fiduciam *&* metum *Batavis* feciſſent. Hirtius B. Alex. c. LVI. *Magnum hoc fuit vectigal*, *majus tamen* creabat *odium*, ubi itidem *credebat* & *creſcebat* habent nonnulli MSS.

Cap. III. *Hanc*, *ut amore incenſus*, *adulterio pellexit: &* .. *ad conjugii ſpem* .. *impulit.*] Recte Erneſt. *adulterio pellexit* dictum intelligit pro in adulterium p.; ſed tum *adulterio* non in ablativo, ſed dativo accipere debuit. Neque *amore juvenem illicere*, quod huc confert ex lib. VI. 45. ſignificat in amorem j. i. ſed per amorem j. i. ſcil. in ſui obſequium; ut ſaepe

hoc, vel aliud quippiam ejusmodi, quod subjectae materiae conveniat, subaudiendum in verbis *pellicere*, *elicere*, *illicere*. vide lib. I. 2. lib. IV. 30. & 31. lib. VI. 44. lib. XIII. 45. Hist. IV. 56. Talis dativus infra c. 67. & lib. XII. 45. in phrasi *auxilio vocare aliquem*. Eutrop. II. 11. *Hi Pyrrhum .. contra Romanos* auxilio *poposcerunt*. Orosius II. 10. *Sollicitare eos parti suae*, *hostique subtrahere statuit*. lib. V. 10. *eorum quos* societati (sic malim, quam *societate*) *invitatus*, *deditionis jure susceperat*. Livius XLII. 30. *plebs utique omnis*, *ut solet*, deterioribus *erat .. inclinata*. Supra I. 71. *cunctos alloquio & cura sibique &* praelio *firmabat*. de Mor. Germ. c. XVIII. *qui non libidine*, *sed ob nobilitatem plurimis* nuptiis *ambiuntur*. Infra XIV. 31. *nondum* servitio *fracti*. ubi vide.

Cap. IV. *Quod mihi quoque èxsequendum reor*, *quae tum Romana copia in armis*, *qui socii.*] Post pronomina *quod* & *id*, antecedentibus facile explicanda, saepe, ita subaudito quodammodo *nempe*, adjicitur explanatio, ut in his *quae tum Romana* &c. Cicero N. Deor. II. 9. *refrigerato .. calore .. exstinguimur*. Quod *quidem Cleanthes .. docet*, quanta *vis insit caloris in omni corpore*, &c. in Verrem lib. I. 46. Quod *vos oblitos esse non arbitror*, quae *multitudo*, *qui ordo ad Pisonis sellam*, *isto praetore*, *solitus sit convenire*. quae loca minus bene intellecta commentatoribus. Adi etiam quae ad Divin. II. 41. in Lectionibus Tull. & huc refer not. ad XIII. 17.

Cap. V. *Neque multo secus in iis virium.*] *Secus* pro minus, sic alibi non temere invenias.

Cap.

Cap. VIII. *Hos .. ne secus quam suum sanguinem foveret ac tolleret, sibique & posteris conformaret.*] Sensu longe commodiore legas *s. e. p. confirmaret*, i. e. fidos amicosque redderet. Atque ita lib. I. 71, *utque cladis memoriam etiam comitate leniret, circumire saucios .. cunctos alloquio & cura* sibique & *praelio* firmabat. Hist. V. 4. *Moses, quo* sibi *in posterum gentem* firmaret, *novos ritus .. indidit.* Confer quae ad haec Sallustii Jug. c. XLV. *Ita prohibendo magis a delictis, quam vindicando, exercitum brevi* confirmavit.

Cap. IX. *Plerisque additis.*] *Plerique* pro multis, compluribus, lib. VI. 22. lib. XI. 8. Hist. IV. 61. & pluribus Taciti locis; neque sic de consuetudine suae aetatis, ut notat hic vir eruditus, sed etiam Sallustii ac Nepotis; quod vidimus ad Sulp. Sever. H. II. 17. Adde quae ad Auctor. de C. Corr. Eloq. c. XV. & Obsequent. Prodig. c. CX.

Cap. X. *Corrupta ad scelus Livia, Sejanum.*] Recte Freinshemius, suffragante quoque Ernestio, per *scelus* intelligit caedem Drusi. Sic saepe *scelus* pro caede scelesta, lib. VI. 33. *repertique corruptores ministros Arsacis multo auro ad* scelus *cogunt*, i. e. ad Arsacem veneno tollendum. lib. XII. 47. *Illi cupido regni fratre & filia potior, animusque* sceleribus *paratus, visui tamen consuluit, ne coram interficerentur.* Ita lib. XVI. 23. Histor. I. 22. 23. 24. & 47. V. Agric. c. XLV.

Ibid. *Deinde, inter conscios ubi locus veneficii tempusque composita sint, eo audaciae provectum, ut.*] Ernestius temporum rationem postulare arbi-

bitrabatur, ut pro *sint* vel (ut est in nonnullis edd.) *sunt*, legatur *fuerint* vel *fuerant*, quod mihi nequaquam videtur. lib. XIV. 11. *quod consortium imperii .. speravisset, ac posteaquam frustra optata* sint .. *dissuasisset donativum* &c. & infinitis aliis in locis.

Ibid. *Ea fraude tum senem, postquam convivium inierat, exceptum poculum Druso tradidisse.*] Non necesse est, cum Eruditis refingi, *ea fraude captum senem* &c. Neque *tum* hoc loco frigidius, quam in illis. lib. I. 64. *Nox demum inclinantis* tum *legiones adversae pugnae exemit.* ubi Heinsius particulae usum ex lib. II. 9. lib. IV. 28. & lib. XII. 38. illustrat. Adde not. ad lib. XIII. 1[illegible] lib. XV. 28. Facile etiam post ablativum *ea fraude* desideratur participium illud *captum*. lib. XII. 12. *monet Meberdaten, barbarorum impetus .. mutari: itaque urgeret coepta. Quod spretum* fraude *Acbari, qui juvenem* &c.

Cap. XI. *Quis .. inaudito filio exitium offerret, idque sua manu, & nullo ad poenitendum regressu?*] *Exitium offerre* pro adferre, inferre. Cicero pro S. Roscio c. XIII. *Occidisse patrem S. Roscius arguitur .. quod supplicium satis acre reperietur in eum qui mortem* obtulerit *parenti*, &c. ? c. XIV. *incredibile est, mortem* oblatam *patri a filio sine plurimis & maximis caussis.* pro Sextio c. XXI. *patrem .. eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem saepe hostibus* obtulisset. ubi V. D. in R. Steph. Thesauro conjicit *attulisset:* secus, credo, quam necesse erat. Vide & Graevium ad Famil. IV. epist. 12. Livius VI. 16. *fateri facinus insimu-*

mulati falso crimine senatus, oblataeque *furti invidiae*. Terentius ita dixit *injuriam offerre immerenti*, Hec V. 1: 14. *vitium virgini offerre*, ibid. III. 3: 23. & alibi. *Nullo ad poenitendum regressu*, i. e. praeripiens sibi omnem occasionem facti, quando poeniteret, mutandi. Et *poenitere* sic post poenitentiam consilium factumve mutare, notat apud Latinos, ut probat etiam Erud. Ernest. hoc loco Livii, dudum a me adscripto, lib. XXIV. 26. *quod adeo festinatum ad supplicium, neque locus* poenitentiae *aut* regressus *ab ira relictus esset*, Sic infra lib. XIII. 27. *ut relinqueretur* poenitentiae *aut novo beneficio locus*. Livius XLIV. 10. *Andronicus .. traxerat tempus, id ipsum quod accidit*, poenitentiae (forte leg. *poenitendi*) *relinquens locum*. Ruffinus Hist. Ecc. XI. 8. *ut sententiae ... differrentur, quo locus misericordiae, vel si res tulisset*, poenitentiae *non periret*. D. Auctor Ep. ad Hebraeos XII. 17. *non enim invenit* poenitentiae *locum, quamquam cum lacrimis inquisisset eam*. i. e. occasionem facti damnique sui restituendi.

Ibid. *ut claro sub exemplo falsas auditiones depellerem.*] *Sub claro exemplo*, i. e. proposito c. e. Plinius II. epist. 6. *Convenit .. quoties tale aliquid inciderit*, sub exemplo *praemonere*, *quid debeas fugere*. lib. III. ep. 18. *ut futuri principes non quasi a magistro, sed tamen* sub exemplo *praemonerentur, qua potissimum via possent ad eandem gloriam niti*.

Cap. XII. *Quod principium favoris, & mater Agrippina spem male tegens, perniciem adceleravere*]. Alius scripsisset, *quo principio favoris, simul quod mater A. spem male tegeret*,

per-

pernicies accelerata fuit. Sed altera ratio duriuscula nostro adrisit. Confer. c. 34. *Id perniciabile reo, & Caesar truci vultu defensionem accipiens; quam* &c. lib. VI. 9. *Constantia orationis, & quia repertus, qui efferret quae omnes animo agitabant, eo usque potuere, ut* &c. ubi *constantia* est nominativus cum his *& quia* &c. ad verbum *potuere* spectans. c. 29. *nam promtas ejusmodi mortes metus carnificis faciebat, & quia damnati .. sepultura probibebantur.*

Ibid. *ut superbiam, fecunditate subnixam, popularibus studiis inhiare dominationi, apud Caesarem arguerent*]. Muretus eleganter legit *ut superbam fecunditate; subnixam popularibus studiis* &c. Quod mihi cum aliis amplectendum videretur, nisi vindicari alterum quodammodo posset. De *superbia* Agrippinae sermo sit tanquam de Agrippina superba. ut Histor. I. 17. *Circumsteterat interim palatium* publica exspectatio, *magni secreti impatiens.* & passim. *Superbia fecunditate subnixa* dr. ut lib. XIII. 14. *Et Nero infensus iis, quibus* superbia *muliebris* innitebatur, *demovet Pallantem* &c. *Popularibus studiis inhiare dominationi*, i. e. per studia p., auxilio studiorum p. sicut lib. III. 24. *deprecari senatum ac principem ausus est M. Silani fratris* potentia, scil. nixus vel adjutus. & lib. XIII. 19. *destinavisse eam R. Plautum .. ad res novas extollere,* conjugioque *ejus & imperio remp. rursus invadere.*

Cap. XVII. *ne quis mobiles adolescentium animos praematuris honoribus ad superbiam extolleret*] Acidalii judicium, *nobiles a. animos* legendum conjectantis, Ernestio displicuit, & dudum

dum mihi. *Mobiles animi* dicuntur, qui facile flectuntur in aliquid, ex subjecta orationis materia intelligendum. Livius VI. 34. *Ceterum is risus parvis* mobili *rebus* animo *muliebri stimulos subdidit.*

Ibid. *neque aliud glifcentis discordiae remedium, quam si unus alterve maxime promti subverterentur.* De voce *promtus*, vide quae contra Gronovium notavimus ad Justin. XXII. 2. Quod autem Erud. Lipsiensis ait, temporum rationem hic desiderare *subvertantur*, talibus temporum enallagis nihil apud Latinos usitatius esse, post alios multoties docuimus.

Cap. XVIII. *plus formidinis in alios dispergebatur*] Hegesipp. IV. 13. *Ubi strage maxima populorum* metus *in omnes* sparsus, *subditos fecit omnes* &c. lib. V. 49. extr. *ut per universos rebellionum supplicio* metum spargeret. Paulinus V. Martini lib. II. 595.

Spargens *incredulos per credula corda* pavores.

Cap. XX. *Nam pleraque ab saevis adulationibus aliorum in melius flexit*] *Pleraque* per Graecismum pro plerumque, in plerisque, sumit Muretus, & *flexit* absolute pro sese vel consilium, animum flexit. quomodo hoc verbum occurrit c. 37. & 41. lib. I. 34. lib. VI. 15. lib. XIII. 3. & lib. XV. 61. & saepe etiam *vertere*. De sensu isto verborum homini acuto libens concedo, sed *pleraque*, quod ita non usurpatur, certe a Tacito, in *plerumque* migrandum existimo. *Saevae adulationes* hic, ut *tristis adulatio*, lib. XI. 21.

Cap.

Cap. XXII. *conjugem in praeceps jecit; tractusque ad Caesarem .. turbata mente respondit, tanquam ipse somno gravis atque eo ignarus, & uxor sponte mortem sumsisset*] Suspicabar *t. i. s. g. a. e. ignarus fuisset, & uxor s. m. s.* vel, *tanquam dum ipse .. ignarus, uxor s. m. s.* ut lib. I. 4. *nulla in praesens formidine*, dum *Augustus aetate validus* (fuit), *seque & domum & pacem sustentavit.* lib. VI. 26. (eum) *ira & metu*, *dum integer*, dum *intentatus* (esset) *honestum finem voluisse.* Hist. I. 21. *agendum audendumque*, dum *Galbae auctoritas fluxa* (esset) *Pisonis nondum evaluisset.* Nec male legeres, *tanquam dum ipse .. ignarus est, uxor. s. m. s.* de qua constructione τῦ *dum* in obliqua oratione vide ad lib. XV. 45. At sine libris vix quidquam mihi ejusmodi sumserim, quoniam alibi in horridiores verbi hujus ellipses incidit Corneliana brevitas, ut observamus ad lib. I. 65. lib. II. 15. lib. III. 3. lib. VI. 43. Hist. I. 88. & II. 19. & alibi. Sic lib. VI. 36. *ni subdito rumore*, tanquam *Mesopotamiam* (esset) *invasurus*, *metum Romani belli fecisset.* M. Germ. c. XXXIX. *Est & alia luco reverentia .. eoque omnis superstitio respicit*, tanquam *inde* (sint) *initia gentis*, *ibi regnator omnium deus.*

Cap. XXIV. *ipse consultor aderat omnibus*] Sallust. Jug. c. LXXXV. 47. *Egomet in agmine*, *in praelio* consultor *idem & socius periculi vobiscum* adero. c. CIII. 7. *uti fautor* consultorque *sibi* adsit.

Cap. XXVIII. *Nomen utrique Vibius Serenus*]. Ad Justinum XXIX. 1. ostendimus, nihil in hac forma sollicitandum, neque hic, neque

que infra lib. V. 1. *quorum utrique* Geminus *cognomentum erat*. Idem dicendum de his Livii XXVI. 27. Manius *ei nomen erat*.

Ibid. *innocentem cornutum & falsa exterritum*] Mureto emendanti *falso exterritum* facile subscribo, quia ita rursum loquitur noster Hist. II. 8. *sub idem tempus Achaia atque Asia* falso exterritae, *velut Nero adventaret*.

Cap. XXX. *Dandosque vitae usus; cui vita concederetur.*] Dictio *vitae usus* non semper eadem potestate apud Latinos. Cicero Offic. I. 8. *Expetuntur autem divitiae cum ad* usus vitae *necessarios, tum ad perfruendas voluptates*. lib. III. 5. *nam sibi, ut quisque malit, quod ad* usum vitae *pertineat, quam alteri acquirere, concessum est*. Plinius H. Nat. I. 7. *verum in his deos agere curam rerum humanarum credi, ex* usu vitae *est*. Avianus Fab. XXIX. 9.

Nam gelidos artus vitae *ut revocaret in* usum
Afflatus calido solverat ore manus.

Salvian. Gub. VI. p. 208. *Hoc enim est consequens, atque id etiam* usus vitae *humanae habet, ut referatur*. Ambros. de Obitu Theodosii p. 50. *aut quando sine Dei munere es, cui quotidie vivendi usus a Domino est?* Idem Hexaëm. lib. III. 6. *Quomodo sol* vivendi *usum ministrat oriundis, quando illa prius divinae operationis vivificatione sunt edita: quos sol in hos* vivendi usus *vendicet*. vide & de Paradiso c. IX. de Cain & Abel, lib. I. 2. de Noë & arca c. XXIV. extr. & c. XXV.

Ibid. *Ibaturque in eam sententiam, ni* .. *Cae-*

Caesar irritas leges, remp. in praecipiti conquestus esset: subverterent potius jura, quam custodes eorum amoverent.] Gruterus processurum melius sententiae impetum putat, si amoliatur verbum *esset*. Sed melius adesse puto, atque ita solet auctor. lib. III. 14. *ac divellebant* (effigies Pisonis) ni *jussu principis protectae repositaeque* forent.

Cap. XXXI. *Quin ipse compositus alias & velut eluctantium verborum, solutius promtiusque eloquebatur, q. s.*] Observanda ista formula, *homo* vel *esse eluctantium verborum*. Suetonius in Domitiano c. XX. *Sermonis tamen nec inelegantis*, dictorum *interdum* notabilium, *vellem, inquit, tam formosus esse*, &c. Capitolinus Maximinis c. II. *Semibarbarus & vix adhuc* Latinae linguae. ubi consule Salmasium. Et plura id genus infra ad lib. XVI. 29. Quod autem hic audimus *verba eluctantia*, hinc emendatius legamus Statii Theb. IV. 790.

Et teneris meditans verba eluctantia *labris*.

ubi vulgo *illuctantia*.

Ibid. *Pecuniam ob rem judicandam cepisse.*] lib. XIV. 14. *qui pecuniam* ob *delicta potius dedit, quam ne delinquerent*. Cicero in Verr. II. 32. *Si illud est flagitiosum .. ob rem judicandam pecuniam accipere .. quanto .. indignius eum, a quo pecuniam* ob *absolvendum acceperis, condemnare?* Sic c. 48. & saepius.

Ibid. *Libonem illexerat insidiis, deinde judicio perculerat.*] *Illicere insidiis* non valet i. in insidias, sed i. per insidias, vel, insidiose, ut

amo-

amore illicere, lib. VI. 45. *fraude*, Hist. IV. 56. Et obvium verbum *illicere* sic absolute positum, ut vidimus ad c. 3. Neque aliter accipio ista Caesaris B. Gall. VIII. 12. *qui primum elicerent nostros insidiis; deinde circumventos adgrederentur*. ubi Cl. Oudend. *insidiis* interpretatur in insidias, quod nec plane repudiandum.

Cap. XXXIV. *Antonii epistolae, Bruti conciones falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent.. sed :. & tulere ista & reliquere.*] Legendum sentio, *falsa quidem in Aug. probra*, & *multa cum acerbitate h.*

Cap. XXXV. *Libros per aediles cremandos censuere Patres, sed manserunt occultati & editi.*] Immerito Lipsius Vertranii emendationem verissimam, ut mihi videtur, *occultati & abditi*, ideo repudiat, quia sic bina verba ejusdem rei ponere, non sit moris Taciti. Ita plane Hist. I. 88: *quanto magis* occultare & abdere *pavorem nitebantur; manifestius pavidi*. quomodo etiam *occultare & abdere*, *contegere & abdere*, *occultare & abscondere*, dixit Cicero N. Deor. I. 18. Offic. I. 35. Min. Felix c. X. Sen. H. Fur. 660. Plin. Pan. c. LXIII. cum aliis. Et maxime delectatur ejusdem aut pene ejusdem notionis verba conjungere Tacitus. lib. III. 11. *arrecta omni civitate .. satin'* cohiberet *ac* premeret *sensus suos Tiberius*. ubi frustra Gruterus illud *ac premeret* amputari voluit. Histor. II. 77. Aperiet & recludet *contecta & tumescentia .. vulnera*. de M. Germ. c. XXII. *Ergo* detecta & nuda *omnium mens postera die retractatur*. Plura ad lib. XII. 3. & lib. XV. 15.

Cap. XXXVIII. *Qui satis superque memoriae*

meae tribuent, ut majoribus meis dignum rerum vestrarum providum .. credant.] Non erat, cur Ernest. tentaret, *si* vel *ubi majoribus* &c. ut constat ex notatis ad lib. XI. 15.

Ibid. *Quod alii modestiam, multi quia diffideret, quidam ut degeneris animi interpretabantur.*] Melius videri posset *multi quasi diffideret:* sed alterum, licet durius, placuisse tamen nostro puto; quia sic etiam Sallust. Jug. c. LXXXII. *quam rem alii in superbiam vertebant, alii bonum ingenium contumelia accensum esse, multi* quod *jam parta victoria ex manibus eriperetur.* Talis syllepsis vel ellipsis in his lib. I. 76. *cur abstinuerit spectaculo ipse, varie trahebant: alii* (dicebant fecisse eum hoc) *taedio coetus, quidam tristitia ingenii, & metu* &c. & c. 80. *Caussae variae traduntur: alii taedio novae curae semel placita pro aeternis servasse: quidam invidia, ne plures fruerentur.*

Cap. XL. *Cum tempus tanquam ad integram consultationem petivisset.*] *Integram consultationem* dixit pro nullis dolis aut praejudiciis corrupta. ut Sallust. Jug. c. CVIII. 2. Consulta *sese omnia cum illo* integra *habere: neu legatum Jugurthae pertimesceret*. ubi inspice commentatores.

Ibid. *Ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent.*] i. e. quid sibi conducat, vel q. f. conducere putandum sit. lib. XV. 20. *qualis quisque* habeatur (i. e. sit, haberi debeat) *alibi quam in civium judicio esse.* Cicero pro Sulla c. XVIII. *te enim existimo statuisse, quid faciendum* putares, &c. pro Coelio c. VII. *quod haud scio an de ambitu .. similiter re-*

respondendum putem . in Verrem III. 9. *& ex ea contumacia .. illos ejus spiritus Sicilienses quos fuisse* putetis, *cogitate ac recordamini* . & lib. IV. 1. *deinde fortasse non magnopere quaeretis, quo nomine appellandum* putetis . pro S. Roscio c. extr. *Hanc .. nisi adspernamini, videte .. quem in locum remp. perventuram* putetis. pro L. Manil. c. IV. *de vestri imperii dignitate .. videte quem vobis animum suscipiendum* putetis , c. X. *ut haec vobis deliberatio difficilis esset, quemnam .. bello praeficiendum* putetis . vide & quae ad Lactant. I. 18: 14.

Cap. XLI. *Non jam de matrimonio, sed altius metuens.*] Sic lib. XVI. 29. *non illa nota .. moestitia, sed novus &* altior pavor. Petronius Sat. c. CXXVIII.

Et mentem timor altus *habet, ne forte* &c.

Ibid. *Mox Caesarem vergente jam senecta, secretoque loci mollitum, munia imperii facilius tramissurum.*] Alibi quidem deflorescentem aetatem *vergentem aetatem, vergentes annos* dixit auctor; quod nos de afgaande jaren, den afgaanden leeftijd; sed an aeque apte ita dicatur *senecta vergens*, vehementer dubito. Suspicor igitur legendum *urgente jam senecta* . ut Cicero de Senect. c. I. *Hoc enim onere aut jam* urgentis *aut certe adventantis* senectutis, *& te & me ipsum levari volo.*

Ibid. *Et minui sibi invidiam, ademta salutantium turba, sublatisque inanibus, vera potentia augere.*] Legendum mihi videtur, quod etiam Rhenano in mentem venit, *vera potentia*

 age-

agere scil. se. i. e. veram sibi potentiam esse. Hist. II. 58. *Albinus .. Mauretaniae C. praepositus .. haud spernendis* viribus agebat. lib. V. 1. *C. Titus .. majore tum* vi famaque agebat. Ann. VI. 27. *Illustri tamen* fortuna egere . lib. II. 73. *sed hunc .. uno* matrimonio, *certis liberis* egisse. M. Germ. c. XLVI. sermone, *cultu*, *sede*, *ac domiciliis*, *ut Germani*, agunt. Respice ad quae supra in lib. II. 55. Nec male Muretus *veram potentiam augere* (sc. se.) ut Hist. III. 45. *pollens. nobilitate*, & auxerat potentiam, *postquam* &c. Ductum orationis duriorem confer cum his, quae ad Histor. I. 88. Sic lib. XI. 4. *quidam pampineam coronam albentibus foliis* visam, *atque ita* interpretatum (illum) *tradidere*, *vergente* &c. ubi frustra quis mallet *vidisse*.

Cap. XLII. *Habita .. cognitio cunctantem jam Tiberium perpulit*, *ut vitandos crederet Patrum coetus.*] *Jam* melius abesse videtur, sed contra libros nihil ausus fuerim, & *cunctantem* interpretor, hoc jam animo quamvis dubio meditantem. Valer. Flacc. I. 156.

Talia cunctanti *laevum Jovis armiger aethra*
Advenit, & *validis fixam erigit unguibus agnam*,

ubi v. notas.

Cap. XLV. *Is praetorem .. ex improviso in itinere adortus*, *uno vulnere in mortem adfecit.*] Sic infra c. 62. *quos principium stragis* in mortem *adflixerat*. lib. XIV. 8. *& prior trierarchus fusti caput ejus adflixit non* in mortem. ut quidem conjectura verisimillima legit Acidalius. Vellejus II. 85. *& desperata victoria* in mortem

di-

dimicabatur. Pacatus Pan. c. XIX. *quum flebat, diriguit* in mortem. & Juvencus H. Euang. III. 950.

Insontes famulos rapiunt, & corpora ferro
In mortem *cruciant*.

Obsequens Prodig. c. CXXIX. *qui mox adversus Antonium dimicans* in mortem *vulneratus est*. Cave igitur, cum Groslotio tentes *in mortem adegit*, quod jure optimo jam ab Ernestio etiam damnatum.

Ibid. *Sed Piso Termestinorum dolo caesus habetur; qui pecunias e publico interceptas acrius.. cogebat.*] Sallust. Catil. c. XIX. *Sed is Piso in provincia ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. Sunt qui ita dicunt imperia ejus injusta, superba, crudelia, barbaros nequivisse pati: alii autem* &c.

Cap. XLVI. *Esse sibi .. promtum libertati aut ad mortem animum.*] Sic in constructione variare casus amat. supra c. 9. Memoriae *Drusi eadem, quae* in Germanicum *decernuntur*. lib. XII. 55. *vim* cultoribus *& oppidanis, ac plerumque* in mercatores .. *audebant*. lib. XIV. 38. *cujus adversa* pravitati *ipsius, prospera* ad fortunam *reip. referebat*. quem locum, sine consensu librorum, sollicitandum dubito. Adde quae ad lib. II. 6. & lib. XIII. 25.

Cap. XLVIII. *Iisque permissum .. dum populatio lucem intra sisteretur .. Id primo servatum: mox versi in luxum.*] *Servatum* pro observatum, quo verbo composito utitur M. Germ.

c. XXVII. Livius I. 43. *ut ab Romulo traditum ceteri* servaverant, *reges*. lib. III. 36. *Nam quum ita priores decemviri* servassent, *ut unus fasces haberet*, &c. lib. XLV. 15. *Hoc cum ita* servatum *esset*, *negabat* &c. Columella VIII. 5. Servet *autem qui subjicit*, *ne singula ova in cubili manu componat*. Augustinus Epist. XIX. c. 4. *hoc erga me ab omnibus* servari *volens*, *quod erga te ipse* servavi, *ut* &c. Aur. Victor Orig. G. R. c. VIII. *Unde bodieque* servatur, *ut nemini Potitio .. vesci liceat*. Sic enim ibi legendum existimo. Adde nostrum lib. III. 33.

XLIX. *Et postquam castello aut conjunctis tumulis non digrediebantur.*] Recte MS. *degrediebantur*, i. e. descendebant. Sed, quamvis aliter videatur viris doctis, non tamen damnandum plane *digrediebantur*, i. e. abibant, discedebant. Nec mihi satis liquet, ubi de digressu vel abitu ex loco editiore mentio fiat, ibi semper verbum *degredi* adhibendum. Sic nihil variant, quantum constiterit, libri infra lib. XII. 30. *Igitur* digressus castellis *Vannius*, *funditur praelio*. Sulp. Severus Dial. I. 17. *Ego autem a Sina monte* digressus, *ad Nilum f. regressus sum*. Et *loco digredi*, pro a vel ex loco, dici potest per ellipsin satis usitatam, de qua ad Justin. XXXVII. 3. & alibi. Hist. II. 100. *Caecina complexu Vitellii*, *multo cum honore*, digressus, *partem* &c. Valerius Flacc. VI. 754.

Aegraque muris
Digreditur, *longum virgo perpessa timorem*.

cum nota Burm. Suetonius in Nerone c. XLIII.

cum

cum post epulas triclinio digrederetur. Ammianus XXIX. 1. *qui cum* digredi mundo *statuisset .. adscenso rogo, quem ipse construxit, flammis absumtus est.* Aur. Victor Orig. G. Rom. c. I. *de enumeratione eorum, qui* equo *Durio* digrediebantur. ubi Erud. Arntz. malebat *degrediebantur.* Ita non male edd. omnes ante Rhenanum Hist. III. 67 *pullo amictu* palatio digreditur. Saepe autem immerito sollicitatur hoc verbum. vide infra ad c. 74.

Cap. L. *Hortari ne .. casum insidiantibus aperirent.*] Solet ita verbum *hortari* aliquando conjunctione *ne* construi. Livius XXIX. 4. hortaretur *ac stimularet Scipionem*, ne *cessaret.* Terent. Hecyra I. 1: 6. *te sedulo & moneo &* hortor, ne *cujusquam misereat.* Vulg. Int. II. Machabaeor. II. 3. hortabatur ne *legem amoverent a corde suo.*

Cap. LI. *Reliquis, quo minus vi aut obsidio subigerentur, praematura montis Haemi & saeva hiems subvenit.*] Singularis dictio *montis hiems.* An potius *praeter naturam montis Haemi &* (i. e. etiam, ut passim apud nostrum) *saeva h. s.* Livius XXXVIII. 20. *progressum eum ad* naturam montis *situmque G. castrorum visendum* . & c. 26. *Biduum* natura montis *per se ipsum explorando .. absumsit consul.* Ita Caesar Gall. I. 21. & alibi.

Cap. LVI. *Cum id Smyrnam in concionem nunciatum foret.*] Sunt, quibus legendum videatur *in concione:* sed utroque modo dici, liquet ex notatis ad Iustin. XIX. 2. & XXXIV. 2. Lactantius M. Pers. c. XLVI. *Nunciatur* in castra, *movisse Maximinum.* Et hic praeferendus

accusat. ob talia exempla, lib. XII. 51. Iberos ad *patrium* regnum *pervadit*. Hist. III. 85. Aventinum, in domum *uxoris sellula defertur*. lib. IV, 31, *mox allatis* Geldubam in castra *nunciis*, &c.

Cap. LVII. *Inter quae diu meditato .. consilio, tandem Caesar in Campaniam.*] Acute pro solenni suo Lipsius *t. Caesar iit in Campaniam.* Siquis tamen tolerandam ellipsin existimet cum Pichena, huc conferenda, quae Cl. Dukerus ad ista Flori III. 6. *Ipse Pompejus* in *originem fontemque belli* Ciliciam.

Ibid. *Caussam abscessus .. ad artes Sejani retuli.*] Sic lib. VI. 49. *Iisdem diebus S. Papinius .. informem exitum delegit, jacto in praeceps corpore.* Caussa ad *matrem* referebatur: *quae pridem* &c. lib. II. 55. *cum .. posset .. interitus inimici* ad *casum* referri. lib. XIV. 38, *cujus .. prospera* ad fortunam *reip.* referebat. V. Agric. c. VIII. *Nec A. unquam in suam famam gestis exsultavit: ad auctorem & ducem ut minister fortunam* referebat.

Cap. LVIII. *Profectio arto comitatu fuit.*] Cicero in Verr. IV. 30. *qui Romae .. biennium fere* comitatu *regio fuit* . pro Milone c, X. *Obviam fit ei Clodius .. nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus .. cum hic .. cum uxore veheretur rheda, paenulatus, vulgi magno* impedimento, *ac muliebri ..* comitatu. Ita sine praep. infra VI. 28. XI. 12. & apud Sueton. Victorem aliosque, quum tamen praepositio aliquando etiam addatur. Vellej. II. 72. cum *magno sequentium consilia sua* comitatu *fugae fortunaeque se commisit.* Cicero III. in Catil. c. II. *cum jam pontem* cum *magno* comita-

tatu .. *ingredi inciperet.* ubi prohibentibus libris parum prudenter illud *cum* quidam eliminant.

Ibid. *Ceteri liberalibus studiis praediti.*] Cicero pro Coelio c. X. *adolescentes humanissimi, rectissimis* studiis *atque optimis artibus* praediti. c. XXII. *An ille vir, illa humanitate* praeditus, *illis* studiis, *artibus atque doctrina, illius* &c. Famil. XIII. ep. 30. *inprimisque ipsum .. his* studiis *literarum doctrinaeque* praeditum, *quibus ego maxime delector*. ubi *deditum* malebat vir erudit. Is. Valkenarius, ut pro Balbo c. I. & alibi loquitur Tullius: sed alterum non facile vexandum.

Ibid. *Quorum sermonibus levaretur.*] i. e. animus taediumque ejus levaretur, oblectaretur. Ovid. Trist. IV. 1: 19.

Me *quoque Musa* levat, *Ponti loca jussa petentem.*

Sedulius I. 318.

Interea dum rite viam sermone levamus,
Spesque &c.

Sic & Virgil. Aen. VIII. 308. De aegritudine, secretum Tiberii comitante, lib. VI. 6.

Cap. LX. *Quas* (voces) .. *cum deferrent, neque Neroni defendere daretur, diversae insuper solicitudinum formae oriebantur.*] Recte animadvertit Acidalius, haec *diversae insuper s. f. o.* minus apte adhaerere praecedentibus. Non aliter autem se expedire potuit, nisi ut ista plena

di-

diſtinctione tanquam novam periodum ſepararet, ac poſt illa *N. defendere daretur* quaedam periiſſe ſtatueret. Sed omnia recte procedunt, ſi levi mutatione facta legamus . ., *N. defendere daretur, diverſae his ſuper ſolicitudinem f. o.* Per trajectionem paſſim obviam (de qua ad lib. III. 17. & alibi actum) *his ſuper* dr. pro ſuper his: & *ſuper* pro *de* frequens etiam noſtro.

Ibid. *Quod mater A. promtior Neroni erat.*] *Pronior* hic, inquit Pichena, mallent alii; quibus licet aſſenſum neget vir ille eximius, ego tamen libentiſſime accedo, juxta cum Erneſtio, qui ſic Suetonium cum dativo junxiſſe vocem hanc obſervat.

Cap. LXI. *Nam coepto apud Fidenam amphitheatro, Atilius quidam libertini generis, quo ſpectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per ſolidum ſubdidit, neque.*] Quia Atilius, non alius, amphitheatrum hoc inſtituit & ſtruxit, verba ſic in ordinem redigebat nuper vir Erud. *Nam Atilius quidam libertini generis, coepto apud Fidenam amphitheatro, quo ſpectaculum* &c. Sed idem dicere voluiſſe Tacitum exiſtimo, dum trajectione utitur ejusmodi, cujus plura apud ipſum, Salluſtiumque & alios exempla notavi.

Cap. LXII. *Ut qui non .. municipali ambitione, ſed in ſordida mercede id negotium quaeſiviſſet.*] Subſcribo Pichenae emendanti *in ſordidam mercedem;* quia ſic lib. XI. 6. & de M. Germ. c. XXIV. & Livius XXI. 43. In *banc tam opimam* mercedem .. *arma capite.* Seneca Benef. IV. 1. *Inveniuntur, qui honeſta in mer-*

ce-

cedem *colant*. Symmach. I. ep. 43. *Nunquam in* mercedem *ornamenta linguae corrupit*. Et placet iſta ſcriptura Erneſtio.

Ibid. *Adfluxere .. virile ac muliebre ſecus, omnis aetas, ob propinquitatem.*] Sic ex Flor. edendum putarunt, cum antea eſſet *virilis ac muliebris ſexus:* & durius etiam Hiſt. V. 13. *Multitudinem obſeſſorum omnis aetatis*, virile ac muliebre ſecus, *ſexcenta millia fuiſſe accepimus*. Adeoque hoc Jacobo Gronovio placuit, ut in his Ann. II. 84. *Livia nupta Druſo duos* virilis ſexus *ſimul enixa eſt*, quia *viriles* eſſet in Florentino, *virile ſecus* rurſum legeret. Pro altero tamen, quod mihi videtur elegantius & certioris Latinitatis, ſtat locus ille lib. VI. 12. *Jacuit immenſa ſtrages*, omnis ſexus, *omnis aetas: inluſtres, ignobiles, diſperſi aut aggerati.*

Ibid. *Et illi quidem, quos principium ſtragis in mortem adflixerat, ut tali ſorte cruciatum effugere. Miſerandi magis, quos abrupta parte corporis, nondum vita deſeruerat: qui.*] *Ut tali ſorte*, Freinshemio interprete, eſt quoad in tali caſu licuit. Sed neque hunc, neque, ut mihi videtur, alium ſenſum commodum verba iſta habent, niſi mutemus hoc modo diſtinctionem: *Et illi quidem .. ut tali ſorte cruciatum effugere;* (ita) *miſerandi magis*, *quos* &c. Atque haec ellipſis τῦ *ita*, poſt *ut*, legitima, ut oſtendimus ad Hiſt. I. 74. Neque infrequens iſta trajectio particulae *ut*, in illis, *& illi quidem .. ut tali ſ. c. e.* pro, Et ut illi quidem .. tali ſ. c. e. Hiſt. I. 52. *Et Vitellius* ut *apud ſeveros humilis, ita comitatem bonitatemque faventes vocabant* . ubi vide . Suſpicabar ceteroquin *letali* vel

fa-

fatali forte, pro *ut tali forte*; sed hoc minus blanditur.

Cap. LXIV. *Feralemque annum ferebant .. ni Caesar obviam isset, tribuendo pecunias ex modo detrimenti.*] *Ni Caesar.* i. e. sed Caesar querelis his obviam ibat, t. p. e. m. d. lib. I. 35. .. *ferrum deferebat in pectus*, ni .. *dextram vi attinuissent*: c. 23. *ac* ni *propere .. pernoctuisset*, *haud multum ab exitio legati aberant*. & ibidem: *ferrum parabant* .. ni *miles Nonanus preces .. interjecisset*. c. 69. *Ac* ni .. *pontem solvi probibuisset*, *erant qui id flagitium formidine auderent* . i. e. Atque erant — auderent, sed obstitit dum prohibet solvi pontem. Trita ista apud nostrum, uti & alios . vide & ad Justin. III. 5.

Cap. LXV. *Montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod.*] Rarior loquendi ratio. Ammian. XV. 7. *interrogavit an ipse* esset Petrus Valvomeres, *ut audierat*, cognomento.

Cap. LXVII. *Capreas se in insulam abdidit.*] Potuit etiam scripsisse, *in insulam Capreas se abdidit*. Sed altera forma etiam Sallustius Jug. c. LXXV. *Ea fuga .. in solitudines, dein* Thalam *pervenit* in oppidum *magnum & opulentum* . ubi plura.

Ibid. *Quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultior in luxus & malum otium resolutus.*] Gronovio emendanti *tanto occultos in luxus & m. o. r.* obstant, quae adscripsimus supra ad lib. III. 29.

Ibid. *Ultroque struebantur, qui monerent perfugere ad Germaniae exercitus.*] Hic verbi *struere*

ere cum accuf. perfonae ufus notabilis. lib. XI. 12. *quae femper infefta .. quo minus* ftrueret *crimina & * accufatores, .. *amore detinebatur.* lib. XII. 22. *Lolliae infenfa ..* molitur *crimina &* accufatores, *qui objicerent* &c. Val. Flacc. I. 535.

Neque enim terris tum fanguis in ullis
Nofter erat, cum fata darem, juftique facultas
Hic mihi, cum varios ftruerem *per fecula reges.*

Ibid. *Vel celeberrimo fori effigiem divi Augufti amplecti.*] *Celeberrimo fori*, non eft, ut exponitur a viro erudito, quum forum celeberrimum maximeque hominibus repletum effet (fic enim dici oportuerat *celeberrimo foro*) fed in parte fori celeberrima, ubi a pluribus hominibus confpici audirique poffet.

Cap. LXIX. *Etiam muta atque inanima tectum & parietes circumfpectabantur.*] Acidalio non placuiffet *fufpectantur*, fi reputaffet ea fere notione etiam verbum alterum aliquando ufurpari. Hift. IV. 8. *novo principatu fufpenfus, & vultus quoque ac fermones omnium* circumfpectans. Salluft. Jug. c. LXXII. circumfpectare *omnia & omni ftrepitu pavefcere.* Cicero in Pifon. c. ult. circumfpectantem *omnia, quidquid increpuiffet, pertimefcentem, diffidentem tuis rebus .. videre te volui.* Hegefipp. I. 44. *Simulabat fe* circumfpectare *omnia, usque ad lectum deducere, difcutere atque examinare fingulos* . in quibus exemplis valet, periculi metu explorare.

Cap. LXXI. *Tiberius .. eo aegrius accepit recludi quae premeret; fed mitigavit Sejanus,* *non*

non Galli amore, verum ut cunctationes principis aperirentur: gnarus lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere.] Placet mihi cum aliis *v. u. cunctationes principis operiretur*, i. e. ut cunctationum principis finem, eventum exspectaret. Singulari ista ratione loquendi utitur rursum Tacitus lib. II. 69. *Tum Seleuciam digreditur*, opperiens aegritudinem, *quae rursum Germanico acciderat*, i. e. eventum aegritudinis. Histor. II. 7. *Sed bellantibus aliis, placuit* exspectari bellum. ubi etiam consule.

Cap. LXXIV. *Non illi tamen in urbem aut propinqua urbi digressi sunt.*] Hic rursus, ut supra c. 49. & lib. II. 69. nec non lib. VI. 1. lib. XIII. 18. & Hist. III. 69. verbum *digredi* absque ulla librorum venia in *degredi* mutat vir doctus, quum quo minus illis in locis abscedendi notione maneat, nulla plane ratio sit. „ Aliter, „ inquit, est ante c. 73. *ad sua tutanda digres-* „ *sis rebellibus:* nam ibi non modo castellum re- „ linquitur, sed homines etiam diversi abeunt, „ quod hic secus est". Atque eadem argumentatione nititur ad lib. XIV. 23. Quasi de pluribus una eundemve in locum abeuntibus *digredi* dici nequeat, quum de uno in locum alium abeunte possit ac soleat adhiberi hoc verbum! Sic Frontinus Strat. I. 4: 3. *Exterritis Thebanis*, digressisque *ad tutanda moenia*, & innumeris aliis veterum locis jure optimo neglectae sunt distinctiones istiusmodi. vide & ad XIII. 14.

LIBRO QVINTO.

Cap. II. *Dicax idem & Tiberium acerbis facetiis inridere solitus, quarum apud praepotentes in longum memoria est.*] Acidalius tentat *apud irae potentes:* sed merito omissa ab aliis haec viri acuti emendatio. Vult Tacitus ejusmodi injurias haud facile plane condonari a *praepotentibus*, i. e. principibus ac magistratibus: quo modo vox ista lib. VI. 42. Hist. II. 91. & saepius occurrit.

Cap. X. *Jam juventutis concursu, jam publicis studiis frequentabatur, laetus praesentibus & inanium spe.*] Freinshemio volente *& immanium spe*, Boxhornius adservat alterum, hoc sensu, & spe potentiae, quam nunquam consecuturus erat. Sed *inania* apud Tacitum non tam potentia dicitur, quae falso exspectatur, quam quae inani constet pompa, magis specie, quam re atque vi notabilis sit; lib. IV. 41. *& minui sibi invidiam, ademta salutantium turba, sublatisque* inanibus, *vera potentia agere*. lib. XV. 31. *Scilicet externae superbiae sueto non inerat notitia nostri; apud quos vis imperii valet*, inania *transmittuntur.* Sic dr. *fama inanis principatus*, Hist. IV. 11. *fama potentiae non sua vi nixa.* Cum itaque *inania* ejusmodi jam haberet hic Drusus potius, quam speraret, cum Heinsio ad Vellej. II. 30. legerim *inanium specie*, ut plane (loco ab ipso adducto) lib. XIII. 8. *ne.. omnium ora in se verteret, corpore ingens, & super experientiam sapientiamque etiam* specie inanium *validus*. Per ἐν διὰ δυοῖν, *praesentibus & inanium*

nium specie idem fere, quod inanium specie (pompa), quam exhibent praesentia.

LIBRO SEXTO.

Cap. I. *Et saepe in propinqua digressus, aditis juxta Tiberim hortis, saxa rursum & solitudinem maris.*] Capreas insulam ita vocat, trium millium freto (ut ait lib. IV. 67.) ab extremis Surrentini promontorii dijunctam, ubi proinde non ita, ut in continenti, frequentari ab hominibus poterat Caesar. Paullo alio sensu Hegesipp. III. 20. *Undae .. scopulis illisae fragorem ingentem excitant; atque in fluctus relapsae inquietum illum maris sinum reddunt, ut plus periculi in portu, quam in* deserto *sit*, i. e. in mari, ubi a portubus longius absit. Joseph. B. Jud. III. 9: 3. τύπτων δὲ αἰγιαλὸν ἀντίος βοῤῥέας.. σφαλερώτερον ἘΡΗΜΙ'ΑΣ τὸν ὅρμον ἀπεργάζεται. Chariton Aphrod. III. p. 46. ὑπολαβὼν δὲ αὐτοὺς ἄνεμος σφοδρὸς εἰς τὸν Ἰόνιον ἐξέωσεν, κἀκεῖ λοιπὸν ἐπλανῶντο ἐν ἘΡΗ'ΜΩι θαλάσσῃ. ubi adeundus Celeb. Dorvillius; qui, ut hoc obiter addiderim, an sic recte ceperit illud Cicer. Divin. II. 9. *in solitudine Aegyptiorum*, equidem vehementer dubito.

Cap. III. *Et summum supplicium decernebatur, ni professus indicium foret. Ut vero Latinium Latiarem ingressus est; accusator ac reus juxta invisi, gratissimum spectaculum praebebatur*]. *Ingredi aliquem* pro aggredi, accusatione appetere, dixisse Tacitum aliumve scriptorem aeque probatum, non mihi persuadet Salinerius: neque aliter pro integris haec verba ha-

haberi possunt, nisi ut cum Pichena intelligamus, L. indicare ingressus est vel incepit. Hoc tamen non aeque placet, quam quod facillima mutatione legebat Lipsius, *Latiarem aggressus est.*

Cap. V. *Ne convivalium fabularum simplicitas in crimen duceretur.*] i. e. trahere in c. pro crimine haberetur. Sallust. Jug. c. LXXXV. *ne quis modestiam in conscientiam* duceret. infra lib. XI. 34. *quin suspensa, & quo ducerentur, inclinatura responderet.*

Cap. VI. *Adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium verterant.*] i. e. vertebantur, cedebant, ex usu verbi hujus apud nostrum aliosque saepe obvio. Frustra ergo Ren. Vallinus ad Boët. Cons. IV. Met. 2. emaculandum putat *ipse quoque in supplicium verterat*, quia de solo Tiberio sermo.

Ibid. *Neque frustra praestantissimus sapientiae firmare solitus est . . posse adspici laniatus.*] Muretus volebat *affirmare*, quod saepe ita valet dicere, declarare. Sed recte Ernest. contulit ex c. 50. *labi spiritum nec ultra biduum duraturum* firmavit. Ego dudum adscripseram ista infra c. 28. *nihilque usurpasse* (phoenicen) *ex his, quae vetus memoria* firmavit. & Hist. II. 5. *alloquendos sibi milites, & paratis omnium animis, reversuros* firmaverunt.

Cap. IX. *Caussa offensionis Vestilio fuit, seu composuerat quaedam in C. Caesarem, ut impudicum, sive ficto habita fides.*] Licet *seu* vel *sive* passim veniat pro seu quod, vel sive quod, ut ostendimus ad Hist. I. 18. durior hoc loco tamen illa ratio, & forsan ab

auctore scriptum — *fuit*, *quod composuerat* &c.

Cap. X. *Quo laetius acceptum, sua exempla in consultores recidisse.*] *Sua exempla*, i. e. mala quae aliis conciliaverat. Phaedrus Fab. XXVI. extr.

Sua quisque exempla *debet aequo animo pati.*

Livius VII. 38. *neque immerito* suum *ipsorum* exemplum *in eos versurum*. lib. XXIX. 29. *quaeque populus Carthaginiensis in civitatem nostram facere molitus est, ea ut mihi .. in civitatem Carthagin.* exempla *edendi facultatem detis.* Ovid. Am. I. 4: 46.

Exempli*que metu torqueor ipse* mei.

Seneca Herc. Fur. 735.

auctorem scelus
Repetit, suoque *premitur* exemplo *nocens.*

confer Gron. ad lib. XIII. 16.

Ibid. *Sed praecipua ex eo gloria, quod praefectus urbi recens, continuam potestatem & insolentia parendi graviorem, mire temperavit.*] Ernestius suspicabatur legendum *q. praefectus urbi creatus*; quia illud *praefectus urbi recens*, nimis durum, si e recenti praefectorum genere, & alienum huic loco, si recens creatum praefectum intelligas. Ego, salva viri erud. sententia, ob hancce caussam, interpunctionem solummodo ita mutaverim, ut *recens* pertineat ad

ad *continuam*, & intelligatur poteſtas, cujus tunc continuatio recens, ſive nova & inſueta eſſet. *Namque antea*, ut addit Tacitus, praefectus ejus modi, *in tempus deligebatur*. Tentabam alioquin *q. p. u.*, *gerens continuam poteſtatem*, .. *mire temperavit*. ut *temperare* abſolute dicatur pro temperamento uti. Salluſt. Jug. c. LXXXV. 8. *Illis difficile eſt in poteſtatibus temperare*. Sic Livius II. 52. Juſtin. IX. 4. aliique. *Gerere poteſtatem* uſitata phraſis, & Ammiano Marc. XXIX. 1. ut videtur, reſtituenda in his: *qui pro* poteſtatis *auctoritate*, *quam* regebat, *Palladium* &c. De reliquo mallem, *praefectus urbis*, ut loqui ſolet alibi Tacitus.

Cap. XII. *Dateque ſacerdotibus negotia, quantum humana ope potuiſſent, vera diſcernere.*] Latinitatem poſtulare ait V. D. *quantum h. e. poſſent*. Sed non deſunt apud Latinos iſtiusmodi enallagae perfecti pro praeſenti, & plusquamperfecti pro imperfecto, ut ſaepius notavimus, poſt alios. Valer. Max. IX. 3. Ext. 3. *juraret ſe*, *cum primum per aetatem* potuiſſet, *acerrimum hoſtem p. R. futurum*. Pacatus Pan. c. XXI. *Quin ſi quando* .. *diem ferre* potuiſſent, *lecticis tenſisque ſubvecti* .. *ad numerum movebantur*.

Cap. XIII. *Ita caſtigandae plebi compoſitum ſenatusconſultum*, *priſca ſeveritate*: *neque ſegnius conſules edixere.*] Lipſius augurabatur legendum *neque ſequius*, contra morem Taciti, qui ſic rurſus *ſegnius* pro minus acriter vel ſedulo dixit lib. XI. 15. & alibi. Conſulatur etiam Erud. Arntzen. ad Victor. Caeſar.

c. XL. 20. quaeque nunc Ernest. in hunc locum.

Cap. XV. *Flexit ad graviora, & offensiones ob remp. coeptas.*] Conjectari hic videmus *captas*, vel *susceptas*, vel *exceptas*. At *coeptas* dictum videtur, ut lib. hujus c. 30. *Affinitatem sibi cum Sejano haud sponte, sed consilio Tiberii* coeptam; lib. XII. 10. *veterem sibi ac publice* coeptam *nobiscum amicitiam.* lib. IV. Hist. 61. *Civilis barbaro voto post* coepta *adversus Romanos arma, propexum* &c.

Cap. XVI. *Trepidique .. veniam a principe petivere; & concedente, annus in posterum sexque menses dati, quis.*] Quamvis ferri posse *& concedente* fateatur Pichena, malebat tamen *eo permittente.* Aliter senserim ob ea, quae ad hanc pronominis ante ablativum absolutum ellipsin stabiliendam observavi ad Justin. VII. 3: 4. Atque ita Tacit. lib. I. 5. *Haec atque talia* agitantibus (illis), *gravescere valetudo Augusti.* lib. III. 33. *seque, quae in publicum statueret, domi servavisse*, cohibitâ (illa) *intra Italiam, quamquam* &c. lib. XIV. 53. *tempus sermoni orat: &* accepto (illo), *ita incipit* &c.

Cap. XVII. *Eversio rei familiaris dignitatem ac famam praeceps dabat.*] Muretus aliique malunt *in praeceps d.* atque ita *jacere uxorem, corpus in praeceps* dr. infra c. 49. & lib. IV. 22. vide & Prudent. Perist. VII. 22. Sed hoc loco jam recte vindicavit Pichena istum lib. IV. 62. *immensam vim mortalium spectaculo intentos ..* praeceps *trahit atque operit.*

At-

Attulit porro in Miscell. Obs. Erud. Cannegiterus ex Ausonii Mosella 271.

mox in sublime citatos
Cernua subjectum praeceps *dare corpora in amnem.*

Ita & Ammian. XXIX. 1. *ut .. penatibus multi protruderentur insontes*, praeceps *in exilium acti.* A. Victor Caesar. c. XII *id cum semper egregium sit metiri quantum queas, neque ambitione* praeceps *agi; tum in imperio, cujus* &c. c. XXXV. *Adhuc virtutibus principum res tollati* (l. *tolerari*) *facile vel adflictas, easque firmiores* praeceps *vitiis dari.* Alia & ad Dictyn Cret. IV. 9.

Cap. XX. *Immanem animum subdola modestia tegens .. qualem diem Tiberius induisset, pari habitu, haud multum distantibus verbis.*] *Qualem diem induisset* Gronovius cum eoque Ernestius exquisite dictum putant, pro qualem animum vultumque quoque die sumsit; quod mihi cum aliis secus omnino videtur; licet *diem laetum, tristem*, in quo quis laetus aut tristis sit, rectissime dici haudquaquam negaverim. vide ad c. 51. & alibi. Haud dubie in verbo *induisset* e^ sequentibus *habitum* intelligendum, quomodo lib. IV. 12. *senatus populusque Rom.* habitum *ac voces dolentum, simulatione magis, quam libens* induebat. Sic *induere vultum* Pacatus Pan. c. XXV. Bene jam vidit hoc Heinsius cum Barthio, quorum ille *de die*, hic *in diem* pro *diem* rescribebat: & Barthii emendatio quanto characteribus, tanto veritati magis

propinquus: obvium enim illud *in diem* pro quoque die, vel de die. Livius XXII. 39. *Nullae eum urbes accipiunt*, .. in diem *rapto vivit*, & c. 40. *nihil ex raptis* in diem *commeatibus superabat.* lib. XXXI. 29. *non mutabilibus* in diem *caussis*, *hostes sunt.* Seneca Provid. c. IV. *nullae sedes sunt* (Germanis) *nisi quas lassitudo* in diem *posuit.* Plin. H. N. V. c. 17. In diem *ex aequo convenarum turba renascitur.* Lactant. II. 9. *nam sicut sol*, *qui oritur* in diem, &c. quod ibi aliis exemplis firmamus. Aliquando etiam *diem* ex voce praecedente natum suspicatus sum.

Ibid. *Quem* .. *Graecis verbis in hanc sententiam adlocutus: Et tu* G. *quandoque degustabis imperium*, *seram ac brevem potentiam significans*, *scientia*.] Videbatur viro docto excidisse verbum *est* post τὸ *adlocutus*, credo quia mox sequitur participium *significans*, & deinceps *expertus*. Sed tali casu etiam omitti saepius verbum *esse*, ad Obsequent. Prodig. c. CII. ostendi, uti & ad Sulp. Severum H. S. II. 42.

Cap. XXI. *Et quantum inspiceret*, *magis ac magis trepidus admirationis & metus.*] Acidalius, *& quanto inspiceret*; sed nihil mutatione ista opus est. Hist. II. 99. quantum*que hebes ad sustinendum laborem miles*, *tanto ad discordias promtior* . ubi plura. Livius XXXII. 5. *Philippum* quantum *ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus*, *tanto magis intentum* . . *curae angunt.* Val. Flaccus I. 741.

Quan-

Quantumque *propinquat*,
Jam magis atque magis variis stupet Aea deorum
Prodigiis.

quem locum frustra quoque sollicitant.

Ibid. *Praescium periculorum & incolumem fore gratatur.*] Acidalio placebat magis *p. p. sed incolumem f. g.* quemadmodum conjunctio copulativa etiam sollicitatur in locis sequentibus. lib. I. 13. *Asinium avidum.* & *minorem*. lib. V. 3. *litterae, quas pridem adlatas* & *cohibitas ab A. credidit vulgus*. lib. XI. 23. *fruerentur sanae vocabulo civitatis*, & *insignia*.. *ne vulgarent*. Sic ed. prima. c. 30. *frueretur immo iis*, & *redderet uxorem*. lib. XIII. 22. *Syria P. Antejo destinata*: & *variis mox artibus elusus*, &c. Hist. II. 46. *opperiebatur*.. *nequaquam trepidus* & *consilii certus*. lib. III. 19. *Idem audaciae*.. & *majorem rapiendi licentiam*. Sed talia non facile vexanda; quum infinitis in locis sic copulativa conj. adhibetur, ubi adversativa non minus congrueret. infra c. 25. *quam interfecto Sejano spe sustentatam provixisse reor*, & *postquam nihil de saevitia remitteretur, voluntate exstinctam*. & alia exempla ad lib. V. 3. habet Ernestius, quibus plura accumulare nihil opus est.

Cap. XXII. *Ac tamen electionem vitae nobis relinquunt: quam ubi elegeris, certum imminentium ordinem.*] Mihi in his *electionem v. n. r. q. u. elegeris* nihil apparet adeo durum, ut cum V. D. vellemus *feceris* vel *decreveris* pro *elegeris*, aut *nam ubi decreveris*.

Cap. XXIV. *Ut quemadmodum nurum, fili-*

umque fratris, & nepotes domumque omnem caedibus complevisset, ita poenas nomini generique majorum & posteris exsolveret.] Incommode admodum post illa *nurum filiumque fratris & nepotes* subaudieris (cum Perizon. ad Sanct. IV. 8: 5. Cortio ad Sall. Cat. c. XVI. 2. aliisque) *interfecisset*; quamvis aliquando, festinante nimium calamo, in ejusmodi Zeugmata inconcinniora incidamus. Mihi vero huc menda irrepsisse videtur. Suspicari posses *nurum . . domumque omnem caedibus confecisset*. quod verbum sic pro perdere, occidere, occurrit lib. I. 6. & alibi. Malim tamen *ut quemadmodum in nurum . . domumque omnem caedibus omnia complesset*, &c. ut Salluft. Cat. c. LI. 9. *postremo armis, cadaveribus, cruore atque luctu* omnia compleri. Jugurt. c. XCII. 3. *luctu atque* caede omnia complentur. noster Histor. III. 29. Completur caede *quantum inter castra murosque vacui fuit.* Et obvius iste usus praepositionis *in*, in his, *in nurum.. domumque omnem caedibus*. lib. XII. 35. *plus vulnerum* in *nos & pleraeque* caedes *oriebantur*. Salluft. Jug. c. XXXI. 13. *plerique* caedem in *vos fecisse, pro munimento habent.* Livius XXII. 24. in *frumentatores late* caedem *fugamque hostium palatorum fecit*. ita lib. II. 33. & Epit. L. LXIV. Adde supra IV. 52. *ut feries futuri* in *Agrippinam* exitii *inciperet*. & quae infra ad lib. XII. 25.

Ibid. *Sed penetrabat pavor & admiratio, huc.*] Eadem ita junguntur c. 21. *& quantum inspiceret, magis ac magis trepidus* admirationis & metus, &c.

Cap.

Cap. XXV. *Quam, interfecto Sejano, spe sustentatam provixisse reor, & postquam nihil de saevitia remittebatur, voluntate exstinctam.*] Insolentia verbi *provivere* adducor ferme, ut legendum existimem *spe sustentatam primo, vixisse reor*, i. e. in vita mansisse. ut Lactant. M. Pers. c. L. *Mulier tamen ut eum* vixisse *cognovit*, &c. quem locum compluribus aliis vindicamus. Nec minus inclino, ut rescribam *spe sustentatam, vitam produxisse reor:* quomodo c. 48. *Igitur Domitius defensionem meditans, Marsus tanquam inediam destinavisset*, produxere vitam. Sic Nepos Attico c. XXI. & alii.

Ibid. *Sed Agrippina aequi impatiens, dominandi avida.*] Rykius jam contulit ista lib. II. 42. *regibus* aequa *nedum infima* insolita. Addo Statium Theb. III. 603.

Diu tuto superum contemtor, & aequi
Impatiens, *largusque animae, modo suaserit ira.*

Cap. XXVII. *De cujus moderatione atque sapientia in prioribus libris satis conlocavi.*] Singularis usus verbi *conlocare* pro memorare, scribere. Sic *ponere* apud Gregorium Turon. de Gloria Confess. praefat. *in secundo* (libro) posuimus de virtutibus *Sancti Juliani.* Addatur Novatian. de Trinit. c. IX. *quando sanitates ab eo futuras* collocat . . *quando flagrorum ejus ictus plagasque descripsit . . aut quum possessor omnium* collocatur, &c. c. XVII. *ubi* ponitur, *cum disseminaret filios Adam, statuit fines* &c. vide c. XVIII. & XIX. Lactant. I.

12.

12. *quorum sententiam Cicero . . posuit. . Coelestem, inquit* &c. Cyprianus de Zelo p. 226. *Itemque alio loco . . ponit & dicit, & ego quidem, fratres, non potui* &c. Cicero N. Deor. I. 23. *cum in principio libri sui sic posuisset, de Divis neque ut sint neque ut non sint, habeo dicere.* Et pro Coelio c. VII. in Verr. II. 38. de Finib. II. 26. & alibi, *ponere* pro dicere, affirmare, dixit, Vide ergo, an verbum *conlocavi* suspectum merito habeat Muretus, quod nunc Ernestio genuinum visum cognosco.

Ibid. *Corruptis moribus, inlustri tamen fortuna egere.*] Histor. I. 48. *T. Vinius XLVII. annos variis* moribus egit. Sallust. Fragm. I. 2. *Optimis autem moribus & maxuma concordia* egit *populus R.* &c. Ruffinus H. Eccl. VIII. 13. *Sed illi quidem suis, ut videbatur, vel* moribus *vel vitiis* agebant. confer quae supra ad lib. IV. 41.

Cap. XXIX. *Quia male administratae provinciae aliorumque criminum urgebatur.*] Quamvis late pateat usus genitivi circa verba accusandi, vix mihi tamen persuadet Perizonius ad Sanct. Min. II. 3: 3. cum aliis, *urgeri criminis* dictionem Cornelianam esse. Quin rescribamus potius *criminum vi urgebatur*, vel *criminum arguebatur*, quod verbum sic supra c. 10. & saepenumero cum genitivo construi vidimus. Et *crimina* tam delicta, quam criminationes designare, constat.

Ibid. *Nihil hunc amicitia Sejani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium.*] Verbum *labefecit* a transpo-

si-

stione viri eruditissimi defendimus ad Hist. I. 83.

Cap. XXX. *Quia pecuniam a Vario Ligure omittendae delationis ceperant.*] *Omittendae delationis*, i. e. ad omittendam delationem. Livius XL. 52. *ut sibi* dedicationis *templorum* . . pecunia *ad ludos decerneretur.*

Ibid. *Effusae clementiae, modicus severitate, & proximo quoque exercitui . . non ingratus.*] Muretus volebat *modicus severitatis*, quod nec Ursino displicebat, quamvis nihil mutandum censenti. Nec sane ablativus spernendus, quoniam sic rursum Hist. I. 69. *Militis animum mitigavit . . tam pronum in misericordiam, quam* immodicus saevitia *fuerat*. de V. Agric. c. XL. cultu modicus, *sermone facilis*, &c.

Cap. XXXII. *Artabanus tardari metu, modo cupidine vindictae inardescere.*] Voculam *modo* ante *tardari metu* excidisse nonnulli putant: at facilius elabi potuit, si credatur Tacitus ita scripsisse. *At tardari metu modo, modo cupidine* v. i. quomodo legi aliquoties apud Sallustium, ostendo ad Jug. c. XXIII. At legitimam ejus particulae omissionem in priore membro esse, merito statuit Jac. Gronovius, quem & vide ad Hist. III. 83. uti & patrem J. F. ad Livium XXXIV. 19. Ego, quae subjiciam, hujus formae exempla adnotaveram. Supra lib. IV. 50. *hostisque clamore turbido* (modo), *modo per vastum silentium incertos o. fecerat.* lib. I. 67. *ut* (primo) *hi, mox pedes in hostem invaderent*: & sic *primo* ante *dein* omissum lib. XII. 64. lib. XIII. 56. Livius XXVI. 15. *Quum Flaccus* (modo) *negaret profecto satis compotem mentis esse, modo prohiberi etiam se . . diceret,* &c.

&c. A. Victor Caes. c. XLII. 20. *dum externis motibus* (modo), *modo civilibus exercetur*. Ita Budensis codex prius *modo* ignorat in his lib. XIII. 44. *Octavius contra* modo *conqueri*, modo *minitari*, *famam* &c.

Ibid. *Dum omisso cultu Romano . . instituta Parthorum resumit*, *patriis moribus impar*, *morbo absumtus est.*] Sic melius edidit Pichena, quam quod in MSS. habetur, *instituta Parthorum insumit*, licet hoc defendere nitatur Jac. Gronovius. Boxhornius conjicit *i. P. induit*. Mihi vero, ut jam quoque Ernestio, placebat *i. P. sumit*. ut c. 31. *mox superbiam in nos*, saevitiam *in populares* sumit. Seneca de ira III. 8. sumantur *a conversantibus* mores. Livius III. 68. *si vestros . . antiquos* mores *vultis pro his novis* sumere. Victorinus Afer de Fr. Machabaeis vs. 58.

Tu nunc imitare parentem:
Sume *meos* mores, *&* *regem vince tacendo*.

Ambrosius de Cain & Abel lib. II. 1. *Torvos leones cernimus . . nostros* mores sumere. Salvian. adv. Avar. I. p. 8. *nec magis facultates paternas* sumit, *quam* pravitates. quem locum cum hocce Taciti attuli jam ad Paulin. Petroc. V. Martini II. 109.

Ut inde
Sumeret *inspectus felix imitatio* mores.

vide etiam ad lib. XIV. 44.

Cap. XXXIII. *Filium Oroden ultorem parat*,

rat, datque Parthorum copias, mittit, qui auxilia mercede facerent.] Jac. Gronovius ex MSto legit *dat Parthorumque copias*, &c. & transpositum encliticum *que* illustrat Livii XXXVIII. 31. *ad trajiciendas*que *copias* &c. Addere potuit ex Hist. III. 50. *ad omnia*que *quae agenda forent*, . . *aderat*. & plura ex Cicer. Tusc. III. 2. IV. 8. V. 25. de Finib. I. 14. & III. 1. Sed quum ratio ista durior videatur post verbum, potius legerem, *ad Parthorumque copias mittit, qui a. m. f.* Alioquin praestaret: *dat* P*arthorum copias, mittit*que *qui a. m. f.* Acute quoque Ern. augurabatur; *dat Parthorumque copias & qui a. m. f.*

Ibid. *Contra Pharasmanes adjungere Albanos, accipere Sarmatas.*] Cum viris insignibus *accire* pro *accipere* legendum esse, subdubito, quoniam sic *accipere* adsciscere, vel in auxilium accipere, dr. lib. II. 40. *dein speculati noctem incustoditam*, accepta *idonea manu, vinctum . . traxere* . adde quae ad lib. XII. 6.

Cap. XXXIV. *Claritudinem Arsacidarum, contraque ignobilem Iberum, mercenario milite, differebat.*] Mirum, Lipsio magis consentaneum sententiae visum *differebat*; quum hoc verbum lib. III. 12. & alibi valeat, rumore differre, divulgare; alterum vero, sensu huic loco longe aptiore, dictitare, loqui, commemorare, ut jam vidimus ad Dict. Cretens. I. 3. Sic, ut de plurimis unum exemplum adjungam, lib. I. 4. *pauci bona libertatis in cassum* disserere . . *pars multo maxima imminentis dominos variis rumoribus differebant*. Consule etiam infra ad c. 49.

Cap. XXXV. *Cum . . contis gladiisque ruerent*,

rent, *modo equestris praelii more frontis & tergi vices*, *aliquando . . pulsu armorum pellerent*, *pellerentur*.] Legendum videri posset *e. p. more per frontis & tergi vices*, nisi in his *frontis & tergi vices*, subaudiendum potius esset cum Acidalio *ipsis essent*. Hist. IV. 27. *Inde scelerum ac suppliciorum vices*, *& mixtus obsequio furor*. Et licet ellipsis ista hic quidem durior sit, haud deerunt tamen attento Taciti lectori geminae asperitatis exempla. Vide quae ad lib. I. 64. lib. II. 15. Hist. I. 88. lib. II. 19. infra ad c. 43. & alibi.

Ibid. *Fama tamen occisi falso credita exterruit Parthos*, *victoriamque concessere*.] Frustra Lipsius *falso dedita* vel *didita*. Seneca Octavia 273.

Quae fama *modo venit ad aures*,
Utinam falso credita, *perdat*,
Frustra toties jactata, *fidem*.

Ita nec sollicitandus locus ille Histor. IV. 34. *Ac forte Civilis lapsu equi prostratus*: credita *per utrumque exercitum* fama, *vulneratum aut interfectum*, *immane quantum suis pavoris . . indidit*. Addatur lib. III. Ann. 44. *cuncta*, *ut mos* famae, *in majus* credita. Sic *credula fama*, Hist. I. 34. Et errorem Lipsii, cum Gronovio, vidit jam Ernestius. *Falso credere*, ut *falso suscipere* apud Lactant. II. 5: 33.

Cap. XXXVI. *Mox Artabanus tota mole regni ultum iit*.] Ita Florus III. 5: 14. tota regni sui mole *in Asiam rursus mari*, *terra*, *fluminibusque veniebat*.

Cap.

Cap. XLIII. *Ac si statim interiora .. petivisset, oppressa cunctantium dubitatio, & omnes in unum cedebant.*] Freinshemio rectius forsitan fore videbatur *opp. cunct. dubitatione, omnes in u. c.* Mollior aliquantum ista foret ratio, sed omissio verbi *erat* post *oppressa*, Taciti stilo plane consentanea. Livius XLIV. 4. *majoribusque copiis atque infestius* concursum, *si loci satis fuisset.* Sallust. Jug. c. LIII. *Et poene imprudentia* admissum *facinus miserabile, ni utrimque praemissi equites rem explorassent.* Repete quae ad c. 35. & ad Hist. II. 17.

Cap. XLIV. *Quo ambiguos illiceret, promti firmarentur.*] Justinus XXXI. 6. *civitates socias* confirmabat, *dubias* illiciebat.

Cap. XLV. *Qui gratiam C. Caesaris nunquam sibi neglectam acrius in dies fovebat, impuleratque, post mortem Claudiae, .. uxorem suam Enniam immittendo, amore juvenem inlicere.*] Si juxta hanc interpunctionem *immittendo* cum accusativo *Enniam* construas, sensus esse debet .. *impuleratque* (illum, seu concitaverat, incenderat, libidine nempe ac spe adipiscendae dominationis) quando post mortem Claudiae uxorem Enniam immittebat (subornabat) ad juvenem amore inliciendum. *Impellendi* verbo sic utitur auctor lib. I. 16. *Is imperitos animos ..* impellere *paullatim nocturnis conloquiis, aut* &c. Hist. II. 75. *facilius universos* impelli, *quam singulos vitari.* Et infinitivus *illicere* illis similis, quos observavit Heinsius ad Ovid. Metam. V. 660. Sed longe mihi fit verisimilius, emendandam hoc modo distinctionem, *impuleratque p. m. C. .. uxorem suam Enniam, immittendo*

amore juvenem inlicere. Immittere amorem dixit, ſicut Seneca Herc. Oetaeo 550.

> *Nunc nunc ſagittam prome, qua* &c.
> Immitte amorem: *vincat exempla omnia.*
> *Amare diſcat conjugem.*

Soletque ita verbum *impellere* cum infin. conſtrui, ut hîc *impulerat u. i. a. j. inlicere*, i. e. i. u. ut i. a. j. inliceret . lib. XIII. 19. *Paridem* .. impulit, ire *propere crimenque atrociter deferre* . lib. XIV. 60. *quamdam* .. impulit, *ſervilem ei amorem* objicere. Sic Juſtin. II. 12: 21 & alibi.

Cap. XLVI. *Sed graveſcente valetudine, nihil e libidinibus omittebat, in patientia firmitudinem ſimulans.*] *In patientia firmitudinem ſimulans*, h. e. ſimulans ſe obduruiſſe in patientia, ut phraſi utar Tullii in Verrem V. 13. qui ſic quoque dixit *firmum in ſententia*, pro Balbo c. XXVII. Hanc dicti hujus mentem non adſecuti viri docti, pro *in patientia*, *impatientia* unus, alter *intemperantia* ſcribendum putabat.

Cap. XLVIII. *Et eaedem poenae in L. Balbum decernuntur. Id quidem a laetantibus, quia Balbus.*] Acidalius deletum volebat *a* ante *laetantibus*, ut dicantur hae poenae laetantibus fuiſſe, i. e. gratae in alios. Sed ita potius *omnibus laetantibus* aut aliquo tali modo ſcripſiſſet noſter; & nihil hac in re abſonum, ſi etiam a ſenatoribus laetantibus hae poenae decretae fuerint, ut jam quoque judicavit Ern. Poſſes etiam cogitare .. *decernuntur: & quidem a l.* vel *idque quidem a l.* Sed altero modo rurſum lib.

XIV.

XIV. 6 *Testamentum A. requiri, bonaque obsignari jubet.* Id *tantum non per simulationem*. (scil. fiebat vel agebat) Hist. III. 63. *miles transiturus in partes*, id *quoque non sine dedecore* (faciebat) *sed sub signis vexillisque in subjectos Narniae campos descendere* &c. Cicero de Divin. I. 16. *Nam ut nunc extis (quamquam id ipsum aliquanto minus, quam olim) sic tunc avibus magnae res impetriri solebant*. pro Cluent. c. V. *primo, neque id ipsum diu, .. in illa cupiditate continebatur.* Confer quae ad lib. XVI. 20.

Cap. XLIX. *Quamquam genua patrum advolveretur.*] Dictio haec Sallustii Fragm. VI. 20. & *advolvere genua* pro genibus, dixit etiam noster lib. I. 13. lib. XV. 71. & Hist. IV. 81.

Ibid. *Quamquam .. luctum ... communem, & magis imbecillum tali super casu feminarum animum, aliaque in eundem dolorem moesta & miseranda diu ferret.*] Friget plane illud *diu ferret*, pro diu referret, proloqueretur, omninoque de menda Lipsio concedo. Sed quod ille, suffragantibus aliis, legebat *miseranda differret*, i. e. dispergeret; ego vix dubito quin potius rescribendum sit, *miseranda differeret* . ut lib. IV. 50. *Dinis .. ponenda arma, unum adflictis id remedium*, differebat . lib. V. 4. differebatque, *brevibus momentis summa verti posse, dandumque* &c. lib. XII. 2. *Narcissus vetus matrimonium, familiam communem .. nihil in penatibus ejus novum*, differebat . lib. XIV. 13. *invisum Agrippinae nomen; & morte ejus accensum populi favorem*, differunt. Sic pluries noster. Sic Livii IV. 57. passimque. Vide etiam supra ad c. 34.

Cap. L. *Pavor hinc in omnes, & ceteri passim dispergi.*] Sic lib. IV. 2. *ut .. fiducia ipsis*, in ceteros *metus crearetur.* c. 59. *hinc metus* in omnes *& fuga eorum* &c. lib. XI. 8. *unde metus ejus* in ceteros. Histor. I. 20. *Nec remedium* in ceteros, *sed metus initium.* Adi etiam, quae ad lib. XI. 6. & lib. XII. 25.

Cap. LI. *Pater ei* (fuit) *Nero, & utrimque origo gentis Claudiae, quamquam mater in .. Juliam familiam :.. transierit.*] Ernestius haud dubie legendum ait *transierat*. quod illi nollem excidisse: ut enim cur perfectum in plusq. migraret, nulla plane ratio est, nihil cum sit illa temporum permutatione apud nostrum aliosque usitatius; ita particulam *quamquam* cum subjunctivo construere amat Tacitus, ut lib. I. 24. lib. IV. 24. Et sic quoque Cicero Famil. IV. ep. 14. & XIII. ep. 68. pro Ligar. c. VIII. & pluries.

Ibid. *Morum quoque tempora illi diversa: egregium vita famaque, quoad privatus .. fuit: occultum ac subdolum fingendis virtutibus, donec G. ac D. superfuere.*] Improprie ita de *tempore, die, anno, aestate* &c. dici solent, quae conveniunt hominibus ipsis, aut rebus tunc contingentibus. ut *nox incustodita*, lib. II. 40. *nox minax & in scelus eruptura*, lib. I. 28. *dies ploratibus inquies*, lib. III. 4. Cicero pro Ligario c. II. *Ergo haec duo tempora carent crimine: unum, cum est legatus profectus; alterum*, &c. Talia sunt *tempus sobrium, liberum, occupatum*, &c. apud A. Victorem, Dictyn Cret. Ciceronem, &c. Consule & notam ad lib. XIII. 17. & Hist. I. 2. Durior tamen, quam in illis exemplis,

plis, iſta ratio, *tempus illi occultum ac ſubdolum fingendis virtutibus:* & niſi haec conſtans librorum omnium ſcriptura eſſet, cum Pichena libens reponerem: *Egregius* (ſc. erat) *vita famaque .. occultus ac ſubdolus* &c. ut Hiſt. I. 49. *ipſi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. Famae nec incurioſus, nec venditator* (ſc. erat). Plura ad Juſtin. XXIII. 4.

Ibid. *Postquam remoto pudore & metu, ſuo tantum ingenio utebatur.*] Sic Curtius VIII. 8. *Nam in ceteros, qui mibi permittunt* uti ingenio meo, *quam mitis ſim, non ignoratis.* Alia ad Sulp. Sever. H. S. II. 43.



G. BRVINING, PROMVLSIS ANIMADVERSIONVM IN VARIOS SCRIPTORES VETERES.

Nostri aevi Ariſtarchus, ſummus Ruhnkenius, *Ep. Crit.* I. initio, „ Omne Critici officium tribus partibus abſolvi conſtat, vel obſcuris illuſtrandis, vel corrigendis pravis, vel legitimis ab adulterinis ſecernendis". Ultimam partem vocat nobiliſſimam, & Criticos veteres in eâ praecipue verſatos adſerit. Dolet vero neglectam a recentioribus. „ Certe", inquit, „ ſi a Joſepho Scaligero, Nicolao Heinſio, Richardo Bentleio, pauciſque aliis diſceſſeris, quotusquiſque ex immenſa iſtâ Emendatorum turba ullum ſpurium verſum obelo confodit?" Mox ejus rei adfert cauſas. Ipſe vero ſe „ plurima tanquam Homeri, Theocriti & Callimachi antea legiſſe, quae tunc, mentito tantorum Heroum nomine, ſubjecta eſſe ab aliis, ſacramento contendere auſus." Quin immo plures in Homeridarum Hymnos παρεμβεβλημε-

μένης notans, sapori, qui hujusmodi furfuris spuriis inesse solet, gustando adsuefacit alios.

Mirum itaque, ni tanti Viri vestigia secuti fuissent alii. Inter quos Frisiae decus, Piersonus, *Verisim.* p. 68, 99, 127. reliquas quidem Euripidis Tragoedias, a versibus ὑποβολιμαίοις, haud immunes ostendit: in *Medeâ* vero plures demonstravit, p. 58—60; immo heic loci adhuc alios a se intactos superesse monuit.

Quamvis autem Illi talia, nihilo minus plerorumque Eruditorum animis adhuc tanta videtur inhaerere veneratio codicum, dicam, an librariorum, ne ut vulgo audeant abjudicare & rejicere, quae supposita esse pluribus constat argumentis.

Nobis Viri laudati majorem addiderint audaciam, ut plures ejusmodi νόθους, in Euripide; atque alibi, deprehendisse aliquando visi nobis simus, immo vel plures in ipso S. C. obelo notaverimus interpolationes; postquam, inter alia, legimus canonem Pfaffii, *de Variis N. T. lectionibus*, Cap. X. p. 182. Prae reliquis vero indignamur, adhuc in Ovidii *Heroide* I. locum occupare distichon.

Si maneo, qualis Trojâ durante manebam,
Virque mihi demto fine carendus abest.

Id non Vatis, sed Interpolatoris esse, vel vox *CARENDVS* demonstrat. *Careo* a *carus*; non eo, quod multis *charus* scribitur, & proprie *gratum* significat; sed proximo derivato verbi καίρω; quod idem ac κείρω. κείρω. Ab hâc origine *Carus* illud, si Latinis eo uti placuisset, fuisset

derasus, *detonsus*, *nudus*. *Carus sum*, seu *careo*, est *nudus*, *destitutus sum*. Haecce quum genuina sit verbi notio, construitur cum casu sexto. Semel, aut bis tantum cum Genitivo. vid. Heusing. ad Vechn. *Hellenolex*. p. 326. Nunquam cum Accusativo. Nam in Plautino, *Id quod amo*, *careo*; *Id*, arctius cum *quod* conjunctum, pendet ab *amo*. Nec quenquam facile moverint ea, quae Burmannus, ad locum Ovidio suppositum, & Secundus ad Lotichium, p. 103, ut *careo* unquam Active usurpatum credat. Semper Neutrum. Ideo *CARENDVS* illud prodit recentioris aevi stilum. Cui quum nullâ specie alia vox possit substitui, totum vero Distichon jejunum sit, ac languidum, id verû transfigimus.

Ita vero versu 88. reperientur, quae nunc versu 90.

Viscera nostra, Tuae DILANIANTVR opes.

ubi miror vulgo adeo non observatum, *Viscera* esse de *pecore*; in quo τοῖς Ἄναξι quoque fuisse *opes*, ne rem indubiam argumentorum serie demonstrem, vel hisce docet Propertius, IV. 1. 30,

Magnaque pars Tatio rerum erat inter oves.

Heroide II. 121. Illustris Douza legere jussit *SCRVPOSA*, pro

Moesta tamen scopulos FRVTICOSAque litora calco.

Generosus ille Nordvicae dominus, inter Viros,

ros, quondam genuinis litterarum elegantiis facetos, egregie adeo locum tuitus, vix satis videtur attendisse ad discrimen, quod inter oras Hollandiae Thraciaeque dari, Poëta ostendit, vel saltem opinatus est.

Heic loci, secundum Ovidium, pro arenae clivo, erant *scopuli* similes Acroceravniis, quorum *ultima cornua praeruptâ mole rigebant*; de quibus Phyllidi

— *Suppositas immittere corpus in undas*,

Mens erat; unde vero *oculis aequora LVSTRABAT*, Demophoontem *desiderans*: si propriam spectes vim verbi, quod ab ἰείδω derivatum, ope ejusdem litterae serpentinae, quâ praeposita *saeculum* fluxit ab αἰῶν.

Illos in scopulos ut adscenderet, calcandum erat, quidquid terrae ipsos & agros cultiores inter pateret, aut vel ipsis interjectum esset rupibus; quod, etiamsi *aequor primas* illuc *aquas* non *porrigeret*, recte dici poterat *litus*. Confer Servium, ad *Aen*. I. 7. & aliis in locis, quos index Maasvicii abunde indicabit.

Hanc itaque intra scopulos regionem Ovidium dixisse credimus. Cui *FRVTICOSI* convenit Epitheton; quum ejusmodi litoris plagae fere nihil aliud, ac dumeta, fruticibusque consita vepreta; qualia, quamvis *aspera sentibus*, *indigna laedi crura notantibus*, continuo tamen per Phyllidem, in scopulos adscendere nitentem, calcata, desiderium amantis ita pingere videntur, ut nihil supra.

Pariter multis injuriâ suspectum fuit, quod legimus apud Propertium, IV. 3. 10.

Vstus, & Eöâ discolor Indus AQVA.

Ex Passeratio novimus, eam aliis quoque fuisse opinionem; aquas τῶν Σκιαποδῶν regionibus vicinas fuscum hominibus colorem conciliare potuisse. Hoc autem idcirco videntur autumasse, quoniam *rubidum* putabant, quidquid Torridae poli zonae subjectum, aquis non exceptis; quam ob rem Tibullus II. 2. 16.

Eoi quâ maris unda rubet.

Immo quam ob rem vel immensae Oceani plagae, quae inde a Bonae Spei promontorio porrigitur versus Orientem, usquedum undas cum mari miscet Pacifico, *Rubri* maris nomen adhaesit. vid. elegantissimus Relandus, *Dissert. Miscell. Part.* I. *Diss.* II.

Apud eundem Propert. III. 1. 1. lectionem

Callimachi manes & Coi SACRA Philetae!

probare quidem conantur Broukhusius & Burmannus: Sed quamvis Martialis dicere potuerit,

Sacra laresque Phrygum;

adstipulamur Criticis, qui *SACRA alicujus*, pro *ejus MANIBVS* vix ac ne vix quidem Latine dici potuisse contendunt. Ideo Fonteinius emendabat,

Cal-

Callimachi manes, ATQUE HIS COMES VMBRA Philetae!

Alii aliter. Sed omnes nimis discedunt a Codd. aut simplicem adeo constituunt lectionem, ut nullo modo corruptelae causâ exhiberi posse videatur. Nos aliquando,

& Coi LARVA Philetae!

Non quod ignoraremus, LARVAE nomini in usu aliquid δυσφημυ adhaesisse; sed quod suspicaremur, id non ex ipsâ vocis, forsan a LAR derivatae, indole oriundum; sed ex eo, quod vox fere de mortui hominis umbra nocturno tempore apparescente adhiberetur; tali vero spectro quidpiam inesse crederetur horridi.

Ad istanc suspicionem confirmandam, aliquid facere putabamus Festum, p. 221. Ed. Gothofred. „ *Manias Aelius Stilo dicit*, etc. *Manias autem, quas nutrices minitentur parvulis, esse LARVAS, id est, MANES DEOS DEASQVE, qui ab inferis ad superos manant.* Illinc intelligere nobis videbamur LARVAS proprie esse *manes*, *umbras* generaliter; Propertium itaque *umbram* Philetae sui recte dicere potuisse *LARVAM*, etsi eam cum blanda veneratione compellaret.

Id vero, quod hanc vocem alibi fere in malam partem trahi vidissent Grammatici, in causâ fuisse conjiciebamus, cur in margine adnotassent *SACRA*; quod, heic ἐυφημον esse, significassent; quod vero Librarii, id pro variâ lectione

one habentes, *LARVAM* autem verſui minus convenire cenſentes, pro hâcce ſubſtituiſſent.

Interim donec talis uſus vocis *LARVA* haud probatur, adeoque nobis conjicientibus praevalet auctoritas Apuleji, *de Deo Socratis*, p. m. 433. & Iſidori. *Orig.* VIII. 9 in fine, magis commendamus,

Callimachi manes, COIS SACER ATQUE Phileta.

Mortuos in *Deos Manes* abiiſſe, adeoque *Sanctos* habitos, lippis notum ac tonſoribus. Hanc ob rem Horatius, II. *Epiſt.* I. 49.

Quod Libitina ſacravit.

Ceterum confer. Ovid. *Amorum* III. 9. 16. ſqq. & 41.

Ad Senecam, in fine *Octaviae*, ubi legimus,

Vrbe eſt noſtra mitior Aulis,
Et MAVRORUM barbara tellus,
Hoſpitis illic caede litatur
Numen ſuperum; civis gaudet
Roma cruore.

plures diſquiſivere, quomodo *MAVRI in hoſpites* adeo *ſaevi* dici potuiſſent. Nos autem alibi monuimus, eos vel *luſiſſe in hoſpite fixo*, ſeu, ſagittis confecto. Cujus rei vix videtur recordatus Lipſius, *Opp. Tom. I. p. m.* 917. ap. Senecam, ſcribendum cenſens,

Et,

Et TAVRORUM barbara tellus.

Interim, etsi de *MAVRORUM in hospites saevitiâ* constet, considerantibus, *Numen superum* potius *a TAVRIS*, quam *a MAVRIS*, immolati *hospitis caede litatum;* atque insuper, Tragoedo utique ob oculos fuisse utramque Euripidis Iphigeniam, *in Aulide*, & *in TAVRIS*, maxime adridet summi Viri conjectura. Corruptelae vero magnam partem in causâ fuisse credimus, quod voces, *ET TAVRORVM*, aures Librarii ingrato sono perstringerent.

Idem observamus ad Moschi *Europam*, ubi, in versibus 53, 54 legendum opinamur,

> Ἀργύρεος μὲν ἔην Νεῖλου ῥόος, ἡ δ' ἄρα πόρτις
> ΧΡΥΣΕΙΗ, χρυσοῦ δὲ τετυγμένος αὐτὸς ἔην Ζεύς.

pro ΧΑΛΚΕΙΑ, quod habent Codd. licet Brunckius correxerit ΧΑΛΚΕΙΗ. Nescimus cur *vacca ex aheno? Rufa*ne cuipiam placere poterit *Io*, quae tanquam *candore nitens* & *nivea* pingitur ab Ovidio?

Talem ut penes Moschum quoque redderemus, aliquando vocem ΧΑΛΚΕΙΑ. de *ferreâ* interpretabamur, ut esset, *ferruminata* in aureo poculo *Juvenca*, quales erant stellae in aureo Trimalchionis annulo. Sed me deceperat, quod stricte vera putabam, quae Servius adnotavit, ad *Aeneid* XII. 206. „ Ea, quae vates illic, & in „ sqq. esse *Homeri locum, verbum ad verbum.*" Siquidem pro Homericis, *Iliad.* A. 236.

Πε-

Περι γαρ ῥα ἑ ΧΑΛΚΟΣ ἔλεψε
Φυλλα τε και φλοιον.

pro hiſce Virgilius habet,

Poſuitque comas & brachia FERRO.

Is itaque, ſi Homerum, *verbum ad verbum*, Latine reddere voluisſet, auctor eſſet; vocis ΧΑΛΚΟΣ de *ferro* explicandae. Sed Virgilius nihil ejusmodi. *Ferream*, quales ipſius erant aevo, *ſecurim* loco poſuit *aheneae*, qua Homerus utitur, quoniam aevo, quo canebat,

Aere ſolum terrae tractabant, aereque belli
Miſcebant fluctus, & volnera vaſta ſerebant.

Nec, niſi poſt tempora Heroica,

— Minutatim proceſſit ferreus enſis,
Verſaque in opprobrium ſpecies eſt falcis ahenae;

uti Lucretius, V. 1290. ſqq. confer Feithium *Antiquit. Homer.* IV. 10. Hanc ob rem Vates pleraque *ex aheno*. Quae quum ita ſint, ΧΑΛΚΟΣ, l. c. vertendum *aes*, non *ferrum*; licet Scholion, & Paraphraſis, *περιελεπισε* — ὁ ΣΙΔΗΡΟΣ. Nec igitur ΧΑΛΚΕΙΑ apud Moſchum aliter verti poterit, atque *abenea*; qualis *vacca* nobis quidem haud videtur toleranda.

Auream itaque reponimus, qualis in alterâ quoque facie poculi, verſibus 44—51. deſcripta, ubi

Ἐν

'Εν μεν ἐην ΧΡΥΣΟΙΟ τετυγμενη Ιναχις Ιω.

Cur vero nostro loco in *abeneam* mutata fuerit, praeter stridulum sonum τῶν ΧΡΥΣΕΙΗ ΧΡΥΣΟΥ, praecipue in causâ fuisse videtur, quod Poetae versus, extra contextum considerati, aut primo obtutu, vulgo haud satis percipiebantur; nec aures mox permulcebat venustia vere Moschea, quam sentis, si exponas. „ *Inerat tum Nilus* „ *argenteus undis; tum sane ipsa juvenca*, tam „ artificiose exsculpta, ut juvenca videretur, quamvis *ex auro; tum vero ex auro caelatus Jupiter*, quem *verum* Jovem dixisses." Vulgo Moschus inter metalla distinguere, & opus variegatum pingere voluisse videbatur. 'ΑΡΓΥΡΕΟΝ enim Νειλυ ῥοον dixisse, ut *ex argento* elaboratam imaginem indicaret. Huic itaque, *candore nitenti*, sciolus quidam ad latus convenire censuit *vaccam rufam*, aeque ab *aureâ* Jovis imagine colore diversam.

Forsan omnes ab antiquo *vaccas rufas* fuisse credidit, ad instar ejus, de qua commentatus est Maimonides! Nonne, quodsi puer nobis Iconem poculi Moschei illito albo ac rubore ita maculasset, nonne is male mulcaretur? Apage igitur illud monstri, πορτις χαλκειΑ! Quomodo qui scripsit, nequidem novit, Iones Grammaticae communis praecepta, quae ipsi prora & puppis, tam parum veneratos, ut in ejusmodi vocibus Η pro Α scribere ausi sint. Abstineant a Veteribus emendandis ejusmodi, si Dîs placet, Critici!

Praeterea ignoravit, quod, Nilo magis coenosum amnem non dari, vel ex nomine constet

ſtet Μελαμποδων, quippe quod Aegyptiis inhaeſit, quia *pedes* eorum a coeno, per Nilum in agros adgeſto, *atro colore* inficiebantur. Id ſi noviſſet, Nili in poculo effigiem *ex argento* noluiſſet. Sed haec inſcitia ipſi communis cum ipſo Moſcho, qui Nilum ſibi finxit *limpidum;* quales fere fluvii penes Poëtas. Poëtarum nempe mori obtemperans, in Epithetis ad nomina addendis, quomodo, verſu 58. αἱμα vocat φοινηεν, ita Νειλυ ῥοον dixit ΑΡΓΥΡΕΟΝ. Id eadem ratione exponendum, quâ θαλασσα κυανη, in alterâ facie poculi, unde omnino exſulat colorum illa varietas; atque eadem ratione, qua πτερυγων χροιῃ πολυανθης verſu 59.

Aliter de voce ΑΡΓΥΡΕΟΣ qui ſentiunt, illi quoque ſtatuant, *varios florum colores* in caudâ pavonis aurei elaboratos, & *mare* in poculo *colore caeruleo* infectum! Illi quoque amplectantur, in aureo Aeneae clypeo, maris effigiei *colorem* inductum fuiſſe *caeruleum*, eum vero *ſpumâ canâ* interſtinctum. Nam clypei caelaturam pingens Virgilius, *Aeneid.* VIII. 671.

Haec inter tumidi late maris ibat imago
Aurea: ſed fluctu ſpumabant caerula cano.

Immo illi, cum Paſſeratio, ſequentia, verſu 676.

Inſtructo Marte videres
Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus;

paria arbitrentur hiſce Propertii, IV. 6. 39.

Ar-

Armorum & radiis picta tremebat aqua.

Nos haecce toto coelo a se invicem differre opinamur; nec credimus Virgilium tradere voluisse, in clypeo visos *fluctus effulgere auri*, quod in classiariorum armis erat, radiis, in ipsâ maris aquâ per Mulciberum depictis: sed versum conferimus cum Euripideis, *Phoeniss.* 110.

Κατὰ χάλκον ἅπαν
Πεδίον ἀστράπτει.

Interim ex illo Virgilii loco elucet, quod obiter notemus, veteribus non tantum in usu fuisse *ferveo* & *fulgeo*, sed *fervo* quoque & *fulgo*. Confer. Servius, ad l. Nonius Marcellus, cap. X. Lucilius Haverkampi. p. 330. 331. Auf. Popma *de usu antiquae locutionis.* & prae ceteris Vossius, *Art. Grammat.*

Ad Moschi illam Ium, quam in utrâque poculi facie *ex auro* fuisse, demonstrare conati sumus, porro monendum, veteres, eam ex Peloponneso in Aegyptum transnatasse, finxisse, ut explicarent, quomodo ea Aegyptiis in divino honore, (qua de re vid Jablonskius *Panth. Aegypt. Tom. II.* initio.) quum tamen Argivi eam ad suam gentem pertinuisse adsererent. Hujus adserti caussam in eo quaerimus, quod Argivi ad suam Argivorum gentem, atque in Peloponnesum pertraxerint, quodcumque ipsis a majoribus esset traditum. Ita quum majores, Aegyptiacae qui erant originis, retulissent, aliquando, in Aegypto nempe, sibi regem fuisse nomine פרעה; quod ab antiquo *principem* designasse oportet,

quum ea notione adhuc veniat inter Arabes; nomen فروع, bis ita occurrens in *Hist. Tim.* Tom. II. pag. 90. Edit. procuratae a CL. Mangero, praeceptore meo aestimatissimo, qui, magno litterarum damno, νυν ἐν ἁγιοις; Argivorum, inquam, majores quum tradidissent, sibi aliquando regem fuisse *Phoronem*, posteritas Phoroneum Argis regnasse scripsit. Ita quum majores narrassent, Phoroni cuipiam sororem fuisse Ium, deinceps in Divino honore habitam inter Aegyptios; posteritas, istanc Ium Argolici illius Phoronei sororem, ipsamque gente Argivam fuisse, credidit. Sed de hâcce veterum fabularum explicandarum ratione pluribus in *Graecorum Originibus*.

Quoad Pavonem, in Moschi istoc poculo, vereor, ne quis se in errorem trahi patiatur ab Eobano Hesso, qui Poëtae versum 60.,

Ταρσον ἀναπλωσας, ὡσει τε τις ὠκυαλος νηῦς,
Χρυσειε ταλαροιο περιςκεπε χειλεα ταρσοις.

transtulit;

Amplexu caudae, CEV NAVE, tegebat
Extremas calathi pennis umbrantibus oras.

Quid sibi velit, equidem nescire me profiteor: Sed video, cum versu sq. perperam contulisse voces,

. . . ὡσει τε τις ὠκυαλος νηῦς.

Versio metrica hoc, aut simili modo corrigenda;

„ *Cujus ab effuso quae sanguine prodiit ales*
„ Mul-

„ Multicolor plumis flores imitata coruſcis,
„ Carbaſa ceu pandunt alas ſpirantibus auris,
„ Turgida praetendit ceu ventis vita ſecundis
„ Ipſa volans pelago navis, ſic explicat omnem,
„ Sic pandit penitus caudam, cingitque venuſti
„ *Extremas calathi pennis umbrantibus oras*".

Talia Moſcho ob oculos; licet mentem heic haud magis dilucide exprimat, quam verſu emendato.

Graecus ad eadem prope intendit, quae penes Ieſaiam, XXXIII. 21. voces צִי-אַדִּיר ſignificant. Haſce Alexandrini praetermiſerunt; ac ſi non legiſſent: ſed reverâ vertere neſcii. Symmachus vocem צִי confundit cum צו, vertens, ἐντολη κεφαλαις. Aquila vero viam praeivit ſequentibus interpretibus, vertendo, τριηρης ὑπερμεγεθης. Choragus eſt eorum, qui deinde alius poſt alium vocem צִי *navem* ſignificare ſcripſerunt, non videntes, vocem בַּצִּים, Eſech. XXX. 9. adjectam dictis Jovae; *Exibunt angeli ex* illis, qui ſtant *coram facie meâ*, vix verti poſſe *navibus*; quomodo ex coelo coelorum in Aethiopiam fuiſſet navigatum!! Nihilo minus voci צִי *navis* ſignificationem alter alterius imitatores Lexicographi continuo adſcripſerunt; poſtquam Aquila eam, in loco Ieſaiae, ſic eſſet interpretatus, ideo quod in membro parallelo legatur אֳנִי-שַׁיִט, *navis actuaria*.

Nos egregie fallimur, aut id, quod illi reſpondet, צִי-אַדִּיר eſt *velum tumens*. Radix, ut heic loci vulgaris Etymologiae, cuncta ad Themata trilittera redigentis, praecepta ſequamur; Radix vocis צִי eſt verbum נצח, quod, aeque ac cognata, נצץ, נוץ, ציץ, & יצא, ex ſono litterae

צ, hausit significationem *emicandi*, quae in reliquarum illarum Radicum derivatis, *scintillae*, *fulminis*, & *accipitris* nomina peperit, in nostro vero נצה conspicua est in notione *volandi*, *celerrimo cum impetu evolandi.* Hinc נוצה est *plumà* acsi *volantem* diceres. Atque eadem vis Nomini צי, in loco Esechielis, ubi Graeci aut non vertunt, aut vertunt, ἄγγελοι σπεύδοντες. Nos *cum plumis*, *pennis*, *alis*. *Alatos* Angelos vates ante faciem Jovae stare dixerat. Ab *alis* jam ad *vela* facilem esse transitum, vel ex Daedali constat Historiâ.

Igitur צי, quae vox in tertio, ubi occurrit, loco quid significet, alibi videbimus, *velum* apud Iesaiam. אדיר vero *turgidum*, *inflatum*. De אדר vid, quae ex Lexico Schultensii Lettius, *ad Cantic. Mosis. Exod.* XV. 6. Passive usurpatum verbum gaudet notione *magnificentiae*, quam a tumore fluxisse, αὐλὸς ἴφα. Passive itaque notavit *tumere*. Passivum אדיר *tumens*; ut nostro loco obtineat propria illa significatio, quam V. D. in S. C. frustra quaerere sibi visi sunt. Forsan Activae notionis verbi אדר vestigium in voce אדרת, *pallium*, generaliter. Saltem miror, vel ipsum Schroederum, *de Vest. Mul. Hebr.* p. 268. arbitratum esse, vocem descendere ab אדיר *magnificus*. Verum quidem est, *tribui semper honoratioribus personis*; sed inde non sequitur, vocem a *magnificentiâ* ad *pallium magnificum* designandum transiisse. Nec video, quomodo tale pallium conveniat Eliae, de quo Ahaziae interroganti, מה משפט האיש, quod Lucianus vertisset, τι γνώρισμα, δι᾽ οὗ διακρίνεται ὁ ἀνήρ; respondetur, *vir veste hirsutâ*, & *zonâ coreaceâ*.

Non

Non video, quomodo tali viro conveniat pallium adeo *magnificum*. Sed, quidquid id eſt, צִי·אַדִּיר, ap. Ieſaiam, utique, *velum vento turgens.* quomodo vates locutus, pro *navi veliferâ;* ſicuti Moſchus, ratione inverſâ, ὠκύαλος νηῦς, pro *velo inflato.* Ita vero Lexicographi haud majori jure ex Ieſaiâ elicuerunt, צִי *navem* ſignificare; quam quiſpiam Graeco Lexico inſereret; Νηῦς, *velum*, quoniam Moſcho *velum* ob oculos.

Ad hunc, ſeq. verſu 104. Valckenarius.

„ Hinc aliena mihi videtur iſta Comparatio,
„ (tauri cum *NAVE.*) Si legerentur haec in
„ Codd.

„ ἅπασας
„ Νῶτον ὑποςορέσας ἀναδέξεται, οἷα τ' ἈΠΗΝΑ,

„ Mihi quidem placerent." Subdole remedium oſtendit, a minus conſulto Criticorum genere adhibendum, quo Vatis honos, ſcilicet! ſartus tectus conſervetur. Nobis Moſchus reverâ Europae in ore collocaſſe videtur voces, οἷά τε ΝΗΥΣ, quum ipſe jam ſecum ſtatuiſſet, de tauro in mare deducendo, ut puellam transveheret. Egit praepropere, & inconſiderate; non cogitans, Europam nihil minus praevidiſſe, quàm, taurum ipſi pro *NAVI* fore. Elucet ex illâ *navi in prato*, Moſchum extra τοῦ πολιτεύματος limites vagatum. Quod aeque indignor, ac quum rei ignarus Νείλου ῥόον dixit 'ΑΡΓΥΡΕΟΝ.

Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis

„ *Offendar maculis, quas aut incuria fudit,*
„ *Aut humana parum cavit natura.*

Ipſe *bonus dormitaſſe* videri poſſet *Homerus*, mox in *Iliados* initio, ſi genuina lectio,

Πολλας δ' ἰφθιμȣς ψυχας ἀϊδι προΐαψεν
Ἡρωων, αὐτȣς δ' ἑλωρια τευχε κυνεσσιν,
Οἰωνοισι τΕ ΠΑΣΙ. ΔΙΟΣ Δ' ἐτελειετο βουλη.

Nobis autem legendum videtur,

Οἰωνοισι τ', ὉΠΩΣ ΘΕΤΙΔΟΣ ἐτελειετο βουλη

Illa nempe, Οἰωνοισι ΠΑΣΙ & ΔΙΟΣ βουλη, multum negotii faceſſiverunt interpretibus. Inter quos Scholiaſtes, Edit. Rom. Ἡμεις δε φαμεν, κατα την Ἀρισταρχȣ και Ἀριστοφανȣς δοξαν, την ΘΕΤΙΔΟΣ ἐιναι βουλην, ἡν ἐν τοις ἑξης φησι λιτανευουσαν τον Δια, ἐκδικησαι την τȣ παιδος ἀτιμιαν. Καθαπερ και τα κεφαλαια ἐν τω προοιμίῳ κειται της ποιησεως. vid. p. 10. *Iliad. A. & B.* a Praeceptore optime de me merito, Cl. Waſſenberg. editae, unâ cum *Paraphraſi Graecâ*.

Ex hacce intelligimus, verum eſſe, quod conjiciebamus, legentes Scholia, ad Ariſt. Plut. verſu 9. nempe voci cuilibet aliam, fere Ἰσοδυναμον, undecumque petitam, facilioris intellectus cauſa, addere ſolitos fuiſſe Grammaticos, cum particula ΚΑΙ, ad quam illic delendam propenſius Hemſterhuſius. Sic in *Paraphr.* laudatâ, vers. 38, legimus, την θειαν, και θαυμαστην Κιλλαν. Vers. 52, συνεχεις, και πυκναι. Vers. 67, μετασχων, και μεταλαβων. Vers. 74, ἐξειπειν, και φρασαι.

Vers.

Vers. 92, ἀγαθος, και αψογος. Vers. 94. ἠτιμασε, και ἐξυδενωσεν. Et sic saepius, in sqq. Illud itaque ΚΑΙ Grammaticis *sive* significare, scribat, quicumque Stephani προπαρασκευην *ad Scholia Thucydidis* dictionibus alibi obviis ampliare, laborem sanequam haud inutilem, adgressus fuerit.

Idem observet, ΤΩι Grammaticis usurpari, pro παρα το. sic Schol. Homeri, ad vocem Ἀχιλληος, *Iliad.* A. Ed. Wassenberg. p. 7. ΤΩι ἀχος, του τ' ἐςι λυπην, ἐπενεγκειν τοις Ιλιευσιν. Illic quidem Vir celeb. legendum existimat, και δια το: sed sicuti quondam Vitringa, *Anim. ad Vorstium*, p. 227. observat, Casaubonum minus recte, ap. Athen. pro ὁτι, legere jussisse δια τι, ita mihi in Virum, qui me tanto major est, quanto instaurator Athenaei Horatio illo juvene, liceat animadvertere! Ordinem itaque Scholiorum turbatum: sed ΤΩι defendi credimus, eo quod Aristophanes Grammaticus, *argum. Medeae Eurip.* in schol. ad Tragoedum, ed Hervag. p. 408. ΤΩι ἐκεινον γεγαμηκεναι.

Non obstantibus, quae notavit Valckenarius, ad X. *Idyll.* Theocriti, nobis, *Idyll.* XX. 27. prae,

Ἐκ ςοματων δε
Ἐρρεε μοι φωνα γλυκυρωτερα Ἠ μελικηρΩ.

placet, φωνα, γλυκυρωτερα Ἀ μελικηρΟΥ. Theocritus autem imitatus Homerum, Iliad. A. 249.

Τȣ και ἀπο γλωσσης μελιτος γλυκιων ῥεεν αὐδη.

ubi in Scholio legendum, Ἡ γλωσσα σημαινει γε αὐτο ἢ το ΣΤΟΜΑ, pro ΣΩΜΑ.

Idyllium XXI. 22. *sqq.* sic constituo

PISCATOR,

non Ἀσφαλιων, *sed* ἀνωνυμος.

Ψευδονται φιλε παντες, ὁσοι τας νυκτας ἐφασκον
Τω θερεος μινυθειν, ὁτε ταματα μακρα φερει Ζευς.
Ἠδη μυρί ἐσειδον ὀνειρατα, κ'ὐδεπω ἀως.
Μη λαθομαν;

SOCIUS,

somno necdum palpebris excusso.

Τί το χρημα;

PISCATOR,

morose dicta repetens.

χρονον ΜΟΙ νυκτες ἐχοντι,
Horum ope priora illa jam satis capiens.

SOCIUS.

ὩΣ Γ' ΑΛΛΩΣ μεμφη το καλον θερος, ὐ γαρ ὁ καιρος
Αὐτοματως παρεβα τον ἑον δρομον· ἀλλα τον ὑπνον
Ἁ φροντις κοπτοισα μακραν ταν νυκτα ποιει τιν.

Valckenarius „ sic per Edd. vulgata.

ἈΣΦΑΛΙΩΝ μεμφη το καλον θερος. ὀυ γαρ ὁ καιρος.
Αὐτοματως παρεβα — Voce transpositâ
(Αὐτοματως μεμφη — Ἀσφαλιων, παρεβα,)
„ com-

„ commode restituit D. Heinsius, quem cum „ Brunckio secutus sum." Magna illa nomina: sed auctoritas nihili. Ἀυτοματως μεμφη nondum satis mederi videtur orationi, quae misere aegrotat in Vulgg. Toupius corrigit, Ἀσφαλιων, τι μεμφη καλον θερος: Sed vereor, ne Prosodia obstrepat. Nomen ἈΣΦΑΛΙΩΝ haud aliam habere videtur originem, atque errorem librariorum, quibus illud ἈΛΛΩΣ insuetum. Hujus, qui vult, exempla videat, ap. Eurip. *Medeâ*, vs. 10, 29. sq. Plura dabunt Erud. ad Hesych. in V. & Perizonius, ad Aelian. V. H. II. 13.

Varians lectio ΠΡΟΣΒΕΒΛΗΚΩΣ recte spreta fuit ab editoribus Agatharchidis, in *Collectione Geographorum Anglicanâ*, p. 40. ubi talia; ἐπαν ἐν προσαγει το ζωον, ὁ μεν εις κατεχει τοξον, τω ποδι τω ἀριστερω ΠΡΟΣΒΕΒΗΚΩΣ, οἱ δε δυο την νευραν ἑλκυσαντες ἐκ της ἁπασης βιας, ἀφηκαν το βελος. Προσβαινειν illic idem, quod alibi ἀντιβαινειν, de quo vid. Hemsterhus. not. ad Luciani *Dial. select. p.* 60; quodque Hebraeis דרך, quoties cum קשת conjungitur. Tunc sermo de arcubus, qualium usus erat inter Orientales, adeo longis, ut si quis eos vellet tendere, *pedis*, ad imum cornu oppositi, *nisu in terram obfirmato* esset opus. Altera phrasis מלא קשת de leviori arcuum genere videtur adhibita.

In hâcce jam si vulgarem verbi significationem ob oculos habitam statuas, eam referre oportet, ad *implendum* orbem, quem arcus tensi cornua una cum nervo efficiunt. Pariter quoque Latini utuntur verbo *implere.* Ovid. *Metam.* II. 344.

Luna quater junctis implerat cornibus orbem.

& *Heroid.* II. 3 secundum emendat.

Cornua quum Lunae pleno QVATER orbe coissent.

Interim vero similius, Verbum מלא, ad vocem קשת, exseruisse vim illam *tendendi*; quam pro primariâ habendam esse; Verbum vero inde demum ad *distendendum*, *effarciendum*, adeoque *implendum* transiisse, ad *Hamas.* sanciit Schultens. Pariter דרך, in constructione cum קשת, simplice gaudet vi *premendo calcandi*, quam accepisse videtur a sono, congruo nostrati *drukken*; quam vero quoque ostendere videtur in voce נדרך *Psalm* II. 12. ut sit sensus commatis. προσκυνειτε *humi*, & *osculo pedibus impacto obsequium testamini illi*, *qui sedet in solio*, *ne in ardentem iram conversus vos calcando conterat.*

Quisnam ille fuerit, cui reges & judices sese eum in modum submittere debuerint, id demonstrare conabimur, in *Diatribe de nomine IESUS*; ubi Chaldaismos ex antiquioribus Hebraeorum libris exsulare ostendemus. Heic loci tamen duo adhuc addimus; omnium optime, nobis arbitris, exposuisse Alex. Morum, ad *Act.* XIII. 33; quomodo Iova dicere potuerit regi Zionis, *Filius meus tu; hodie genui te.* Egregie vero illustrari promissum Iovae, quod sequitur, versu 8, *se vel omnium gentium imperium in paterni amoris indicium*, *si peteret*, *ei largiturum*; id, inquam promissum egregie prorsus illustrari, si comparaveris illa, quae, penes Ovid. *Metam.* II. initio, Apollo Phaëtontis precibus,

Pignora da, Genitor! per quae Tua vera propago Credar!

respondet,

Quoque minus dubites, quodvis pete munus, & illud
Me tribuente feres.

Immo pariter, sec. Eurip. Hippol. 45.

'Αρας Ποσειδων ὠπασεν Θησει γερας,
Μηδεν ματαιον ἐς τρις ἐυξασθαι θεῳ

Ideo Theseus, versu 887.

'Αλλ' ὦ πατερ Ποσειδον, ἁς ἐμοι ποτε
'Αρας ὑπεσχου τρεις, μιᾳ κατεργασαι
Τουτον ἐμον παιδ᾽: ἡμεραν δε μη φυγη
Τηνδ᾽, ἐιπερ ἡμιν ὠπασας σαφεις ἀρας.

Porro idem, versu 1169.

Ὦ θεοι. Ποσειδον, ὡς αρ᾽ ἠσθ᾽ ἐμος πατηρ
'Ορθως ἀκουσας των ἐμων κατευγματων.

Illi tandem Dictynna, versu 1318.

Πατηρ μεν οὖν σοι ποντιος, φρονων καλως,
'Εδωκ᾽ ὅσον περ χρην. ἐπειπερ ἠνεσεν.

Ex Epistolis Gisb. Cuperi, & aliorum, subjunctis operi Venerandi Jurieu, cui titulus, *Histoire Critique des dogmes & cultes, etc.* cognoscimus, in Syria, aut in vicinâ quâpiam regione, fuisse locum nomine ΜΑΔΒΑΧ, Syriace ܡܕܒܚ, id

id eſt *altare.* Exhibet enim Antiquitatis amantisſimus Cuperus inſcriptionem, in ruderibus veteris Templi, prope Halebuntem repertam, illinc vero ad ipſum transmiſſam; ubi *Crateas Andronici filius, ſe anno,* aerae Seleucidarum, *centeſimo ſexageſimo octavo, votum patrium ſtruxiſſe diis patriis, Jovi* ΜΑΔΒΑΧΩ, ΚΑΙ ΣΕΛΑΜΑΝΕΙ. Poſterius nomen *Jovem Salaminium,* id eſt, in urbe Cypriâ Salami praecipue cultum, deſignare, recte conjeciſſe videtur Braunius, illic, p. 54. Pariter ſub priori nomine *Jovem in urbe Madbach cultum* latere, nos conjicimus. Sic autem iſtoc aevo Syris appellatam fuiſſe opinamur Hierapolin.

Hujus opinionis cardo in eo verſatur, quod nomen ܡܕܒܚ paulatium corruptum putemus, in ܡܒܚ, ܡܒܓ & ܡܒܘܓ. Hoc nomen Hierapoli poſtea adhaeſiſſe, ex Aſſemano refert Ill. Michaelis *Spicil. Geogr. Hebr. exter. Tom.* I. p. 27 id ex iſto ܡܕܒܚ oriundum; hoc vero, ducentis, poſt Templum illud per Crateam exſtructum, annis elapſis, jam in ܡܒܚ, vel ܡܒܓ, abiiſſe arbitramur; quum Plinius H. N. V. 23. referat, *Hierapolin Syris dictam MABOG.* Ita enim legendum monet Ill. Michaelis, pro *MAGOG:* quod procul omni dubio profectum a Monachis, gentis, in S. C. memoratae, veſtigia illic penes Plinium ſe reperiſſe opinatis.

Forſan itidem ex ſciolo Monachorum ingenio prodiit, quod legimus, ap. Cicer. *Acad. Quaeſt.* I. 4. *Veterem Academiam AQVA abſumtam diu.* Forſan AŌVA; ſcripturae compendium minus recte legentes Monachi, locum ita efformarunt,

runt, trahentes ad Diluvium. Sed haec est mera conjectura, quae si quando patronum inveniet, per huncce e contextu confirmetur. Nos ad alium transimus Philosophum.

Igitur Aristoteles, *Meteoror.* I. cap. ult. ΤΑΥΤΗΝ (lege ΤΑΥΤΑ; praecedunt, τα περι την Ἐρυθραν θαλατῖαν) των βασιλεων τις ἐπειραθη διορυτῖειν — Ἀλλ' ἑυρεν ὑψηλοτεραν ὀυσαν την θαλατῖαν της γης. διο ἐκεινος τε προτερον, και Δαρειος ὑστερον ἐπαυσατο διορυτῖειν. Regem, qui Nilum cum maris Rubri sinu Arabico jungere voluerit, Neconem esse, demonstrant Herodotus. II. 158. Diodorus Lib. I. Voces, Λεγεται δε πρωῖος Σεσωστρις ἐπιχειρησαι των παλαιων, Aristotelicis illis insertae, nihil aliud, atque interpolatio. Sesostris, ut alibi ostendimus, reverâ vixit aevo Rehabeami. Imbelles vero eorum, qui sub ipso militârant, posteri ipsi, quidquid a majoribus egregie gestum erat, plerorumque adeo, quae in Aegypto eximia habebantur, operum laudem adscripserunt. Hâc de causâ Sesostris etiam canalem e sinu Arabico ad Nilum perduxisse legitur, non tantum in istâc interpolatione, verum quoque ap. Strabonem, I. p. 36. XVIII. p. 804. atque ap. Plinium, H. N. VI. 29.

Hanc autem fabulam satis refellunt laudati Historici, adstipulante Philosopho, qui demonstrans, Aegyptum inferiorem ab antiquo admodum fuisse humilem, per limum vero, a flumine restagnante adgestum, altiorem paulatim redditam, eandem tamen, Darii Hystaspis filii aevo, necdum cum sinus Arabici undis aequatam adserit; quam ob rem ne, hisce viam aperiens, Aegyptum mergeret, commercii promovendi quamvis

vis studiosus Rex desistendum viderit a canali, quem Neco eodem, sed aeque irrito, consilio inceperat.

Hunc nihilo minus Rossallus *Diss. de Fossâ Sesostris*, in *Mus. Hag.* T. I. P. II. a Sesostri, quem Rehabeamo longe antiquiorem fuisse opinabatur, jam absolutum voluit. Sed virum eruditum eo pertraxisse videtur studium, quo cum in id innitebatur, ut Phoenicum navibus transitum in Ophiram patefaceret; verum etiamsi hoc nullibi alibi, atque per illum canalem, posset fieri, certum restaret, eum sub Ptolemaeorum demum regimine, cataractârum inventarum ope, perfectum, atque ab altero Lagidarum *Ptolemaei fossam* fuisse appellatum. Qui dein *amnis Trajanus*, postquam sub Hadriano fuit repurgatus; sicuti sequiori aevo, ab Aegypti quodam Caliphâ, fuit instauratus, ut hodie etiam nunc vestigia cernere liceat. Fides nullo modo denegari potest Aristoteli, adserenti, canalem, a Necone inceptum, quoniam Aegyptiis ὀυ μικρας ἐιχεν ἀν ὠφελειας πλωïος ἁπας ὁ τοπος (ὁ περι την Ἐρυθραν θαλατ]αν) γιγνομενος; fides, inquam, habenda Philosopho, adserenti, canalem illum suo ipsius aevo nondum fuisse absolutum; Ideo quod *compertum esset, maris Rubri aquas supra Aegypti fundum eminere.*

Hinc vero intelligere videmur, quod obiter notemus, illas aquas omnibus in Terrarum orbe reliquis fuisse altiores. Saltem oppido fallitur, quicumque forsan mare Mediterraneum aeque supra Aegypti regionem inferiorem putat eminuisse. Minime. Itaque mare Rubrum magis adhuc supra Mediterraneum, quam supra fundum Aegyp-

Aegypti elatum. Quidni jam Atlantico altius quoque fuisse concludatur? Non nemini forsan obstare videbitur, quod mare Mediterraneum Atlantici infra superficiem depressum esse intelligatur, ex torrente, qui per fretum Herculeum continuo versus orientem decurrit, in supplementum maris, quod plus aquae per vapores, ab ardenti illic sole excitatos, amittit, quam flumina atque imbres, ibidem rariores, illuc congerunt. Hinc autem non sequitur, mare Atlanticum tanto altius esse Mediterraneo, quanto mare Rubrum est, ut ex Aristotele intelligimus. Est vero cur ab hâc sententia prorsus simus alieni.

Nuperrime nempe de fluxu aquarum, quae Terrarum orbem ambiunt, edocuit Francorum decus, J. H. Bernardin de saint Pierre, *dans ses Etudes de la Nature*, ei fontis loco esse immensam molem glaciei, quae sub utroque coeli cardine reperiatur, atque alternatim, prout sol nunc huc, nunc illuc, declinat, torrentem versus Austrum Boreamve effundat. Id amplexi, litus vero maris Rubri contemplantes, videmus aquarum a polo Australi diffluentium majorem, quam quae per Oceanum Atlanticum discurrat, partem illic sinuoso litoris ambitu coacervari, ut illud mare ceteris multo fiat altius.

Nequis vero putet hanc inutilem esse disquisitionem, observamus eam multum facere ad demonstrandam cataclysmi veritatem. Id enim in Asiam Australem excitatum videtur, extra ordinem intumescentibus illis Rubri maris aquis: cujus rei causam nos quidem quaerimus, in Cometâ quâdam stellâ, poli Australis glaciem lique-

quefaciente, dum sol, versus alterum polum declinans, atque inde torrentem versus Austrum fundens, impedimento, quo minus ab Austro diffluentis aquae pars, uti adsolet, per Oceanum Atlanticum & mare Pacificum discurreret. Ita facile Asia saltem Australis Diluvio mergi potuit; nec est, cur quis gentium eâ de re traditis adsensum deneget.

Interim ap. eundem Aristotelem, ibidem, *Meteor.* I. 12. mediam inter Philosophi de pluvialibus inundationibus dissertationem, haecce reperimus. αὕτη δ᾽ οὐκ ἀεὶ κατα τους αὐτους τοπους, ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ καλουμενος ἐπι Δευκαλιωνος κατακλυσμός. Και γαρ ουτος περι τον Ἑλληνικον ἐγενετο τοπον, Και τουτο περι Ἑλλαδα ἀρχαιαν (ουτος,) αὕτη δ᾽ ἐστιν ἡ περι την Δωδωνην, και τον Ἀχελωον. Ουτος γαρ πολλαχου το ῥευμα μεταβεβληκεν: ᾤκουν γαρ οἱ Σελλοι ἐνταυτα. και οἱ καλουμενοι τοτε μεν Γραικοί, νυν δε Ἑλληνες. Gaudemus Praeceptorem κριτικωτατον, Cl. Schraderum, jam nobiscum sensisse, haecce e duabus quam maxime Interpolationibus conflata esse. Id in *Graecorum originibus* demonstrabimus: id vero heic loci monemus, ut ne sibi amplius fucum fieri patiantur, quicumque huic loco superstruunt opinionem, τους Ἑλληνας ab antiquo in Epiro habitasse. Potius, quam putidum illud Glossema, consulant Veterum testimonia, quae, sub nomine Ἑλλας, collegit Erasmus Vindingius, in libro *de Graecorum populis & urbibus*, edito *Thesaur. Gronov.* Tom. XI.

Major adhuc lacinia, quod ibidem argumentorum serie demonstrare conabimur, adsuta Herodoto, I. 56. sqq. post verba, de Croeso in Graecos inquirente; Ἱστορεων ευρισκε Λακεδαιμονιους και Αθηναιους

ναυς περιεχοντας, τας μὲν τȣ Δωρικȣ γενεος, τας δε τȣ Ἰωνικȣ. Poſt haec verba quae leguntur, usque ad finem cap. 58. Hiſtoricorum patre indigna, nec profecta ſunt, niſi a Grammatico ſciolo, atque ab ingenio magis, quam veri nominis doctrinâ commendando.

Ex Herodoto II. 143. conſtat, Aegyptiorum reges antiquos, quorum ſtatuas Hiſtorico monſtrabant ſacerdotes, ab hiſce inſignitos fuiſſe titulo *PI-ROMI.* Dicebant praeterea ἑκαστον των κολοσσων πιρωμιν ἐκ πιρωμιος γεγονεναι —— και ὀυτε ἐς θεον, ὀυτε ἐς ἡρωα ἀνεδησαν ἀυτȣς. —— Non adſentientes Hecataeo τῳ λογοποιῳ, ἀπο θεȣ γενεσθαι ἀνθρωπον. Videntur haec magnopere convenire cum iis, quae de ſui generis ſucceſſione Brachmanes Indici, originem aeque ac nomen repetentes a quodam BRAMA, BIROVMA, ſeu PIRIMIIA, quod nomen, aeque ac PIROMI Aegyptiacum, *hominem* notare, teſtis celeberrimus M. Veysſiere de la Croſe, *dans ſon Hiſtoire du chriſtianisme des Indes.* L. VI. p. 429. Ita fallitur, quisquis apud Herod. adnotavit, ΠΙΡΩΜΙΣ ἐστι, κατ' Ἑλλαδα γλωσσαν, ΚΑΛΟΣ ΚΑΙ ΓΑΘΟΣ.

Ita vero ex illis inter ſe collatis intelligere videmur, Aegyptiorum inter Indos colonos ſibi adrogaſſe originem, ab illis antiquis regibus, PIROMIS nomine inſignibus; plurimos inter rudiores adhuc Indos iis fidem habuiſſe; dum, cultum Oſiridis aliaque ſacra Aegyptiaca ab iis edocti, ipſos praeferebant ſuis Σαμαναιοις ſive Magis, qui antea illic aeque ac penes Perſas aliosque primas obtinuerunt; ipſisque concedebant ordinem ſacerdotalem, exinde illic, haud ſecus ac inter

Aegyptios, a reliquis civium ordinibus separatum, immo honore insignem, vel supra ordinem militarem; qui ceteroquin nobilis inter ipsos & Aegyptios non tantum, sed alias quoque gentes, quas commemorat Herodotus, II. 167. Uti Xenophon, Κυρεπαιδ. I. p. 31. Ed. Graecae Castalionis, & alibi, ὁμοτιμους inter Persas eodem loco docet habitos, quo *Nairi* apud Indos. Interim putamus Aegyptios illos ad Indos pervenisse, tempore Neconis; quem *naves* in sinu Arabico compegisse, Herodotus, II. 159. Cujus vero esse putamus expeditionem versus Indos, quam nimium fabulis auctam posteritas, una cum canali, aliisque, ad Sesostrin retulit.

Ad eundem Herodotum, I. 184. multum sudarunt Critici, ut hunc locum conciliarent cum eo, quod legitur in eodem libro Herod. c. 95. Ἀσσυριων ἀρχοντων της ἀνω Ἀσιης ἐπ' ἐτεα εἰκοσι και πεντακοσια, πρωτοι ἀπ' αὐτων Μηδοι ἠρξαντο ἀπιστασθαι. Και κως οὗτοι περι της ἐλευθεριης μαχεσαμενοι τοισι Ἀσσυριοισι, ἐγενοντο ἀνδρες ἀγαθοι. Και ἀπωσαμενοι την δουλοσυνην, ἠλευθερωθησαν. Μετα δε τουτους, και τἀλλα ἐθνεα ἐποιεε τωὐτο Μηδοισι. Ἐοντων δὲ αὐτονομων παντων ἀνα την ἠπειρον, ὧδε αὖτις ἐς τυραννιδας περιηλθον. Ἀνηρ ἐν τοισι Μηδοισι ἐγενετο σοφος, τῳ οὐνομα ἠν Δηϊοκης, κ. τ. λ. Huic loco Usserius aliique superstruxerunt calculum Chronologicum, contendentes, Imperium Assyriacum paullo diutius, quam DXX annos, ante Dejocen stetisse. Cum hoc autem computo plures, sive ipsi id adoptarent, sive saltem Herodotum tale quid amplexum crederent, conciliare voluerunt id, quod Herodotus in altero loco. *Inter eos, qui Babylone regnarunt, duae feminae,*

ἡ μεν προτερον ἀρξασα της ὑϛερον γενεῃσι πεντε προτερον γενομενη, τῃ ουνομα ἠν Σεμιραμις, κ. τ. λ. Ἡ δε δευτερον γενομενη, τῃ ουνομα ἠν Νιτωκρις, κ. τ. λ. Heic loci multi addendas censuerunt γενεας ΔΕΚΑ; sed nequidem sic inter loca convenit.

Nitocris uxor fuit *Nabo-cod-nozori*. Ab hocce jam, si secundum posteriorem Herodoti locum computum ineas, essent anni fere CCXX., usque ad ortum imperii Assyriaci. At vero, secundum priorem illum locum, hinc, usque ad Nabo-cod-nozorum, effluxissent anni fere DCXX. Est itaque inter duo illa loca discrimen annorum fere CCCC. Totidem aut alteri loco sunt addendi, aut alteri detrahendi. Prius vix ullâ specie fieri posse videtur. Ipsa enim illa conjectura, l. l. legendum esse, γενεῃσι πεντε ΚΑΙ ΔΕΚΑ, quam plurimis jam impeditur obstaculis; dum nequidem sufficit, ad locum cum altero conciliandum. Hoc videntes, viam ingressi sumus, quâ miramur neminem adhuc praeivisse; periculum fecimus num ex altero loco commode possint detrahi anni CCCC. Atque en, quomodo successerit! Pro ἐτεα ΗΔΔ, scribe, quaeso, ἐτεα ΗΔΔ, & videsis, num facilis sit emendatio!

Ita Herodotum cum Herodoto conciliantes, nacti sumus duplex Historici testimonium, de tempore conditi imperii Assyriaci; quod, aliunde, ex sacris aeque ac profanis auctoribus, deductis argumentis confirmatum, nobis fuit pro basi concinnandae *Historiae rerum in Oriente gestarum, usque ad Epocham disruptae per Nehemiam penitus adfinitatis Judaeos inter & Samaritanos*. In hâcce, haud secus atque in *Graecorum Originibus*, compluribus adhuc Veterum

 Scri-

Θυραν ΘΥΡΑΙΑΣ ἐξελε.

Pag. 72. ſ. v. Θυεσθαι, legatur, μαντευεσθαι δια σπλαγχνων, extrusis, ΈΠΙ ΤΙΜΗ.

Ibidem, in nota 36, ap. Cyrillum, legatur, ὁτι το ΜΑΝΤΕΥΕΣΘΑΙ δια σ. θ. φ.

Pag. 76. ſ. v. Ἰσθμος, legatur, ἑκατερωθεν ΎΠΟ θαλασσης ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΟΣ. *Hac autem emendatione haud adeo videtur opus esse.*

Ibidem, ſ. v. Ἰσθι. legatur,

Ἐυφημος ἰσθι μουνον ἐξορμωμενη.

deleatur *Euphemus*, in Auctorum indice p. 246.

Pag. 86. ſ. v. Κυειν και τικτειν, legatur, Ἐυριπιδης ἐν ἈΝΤΙΟΠΗι.

Κυουσα τικτειν κ. τ. λ.

Pag. 112. ſ. v. Περιμαξαι. Exciderunt procul dubio nonnulla.

Ibidem. ſ. v. Πειρατης, forte, Και ΝΒΙΑ ΚΑΙ τας διαλυθεισας σανιδας. κ. τ. λ.

Pag. 120. legatur Πρεσβεις, ΚΑΙ πρεσβευται.

Pag. 128. ſ. v. Σισυρα. Vox ἀναποιητον atro carbone notata.

Pag. 138. ſ. v. Τυραννον, legatur.

ἘΝΤΑΥΘΑ Δ' ἘΚΟΙΡΑ ΝΕΥΕΝ Ύψιπυλης πατηρ Θοας, Βραδυτερος Γ' ΏΝ ἐν ἀνθρωποις δραμειν.

Pag. 140. in nota 87. ap. Moschopulum legatur, Ύπαγειν μεν γαρ ἐςι το ΎΠΟ ΖΥΓΟΝ ἀγειν,

Pag.

Pag. 141. ſ. v. φακελος, forte, φακελυς ὕλης 'ΑΓΡΙΑΣ. Theocr. *Idyll.* XXIV. 89. *vid. ad Moerin.*

Pag. 148. Χιτωνιον και Χιτωνισκος διαφερει. Χιτωνισκος μεν γαρ. ὁ τυ ἀνδρος χιτων. Χιτωνιον δε τα της γυναικος ἐνδυμα. pugnant haecce cum illis, quae pag. 133. Σχιςος δε ἀρσενικως, χιτων ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΣ. Ἀπολλοδωρος ἐν Ἐφηβοις.

Σχισον ΧΙΤΩΝΙΣΚΟΝ τιν' ἐνδεδυκας.

Pag. 149. ſ. v. Ψαλλιον, forte, ὁι Δωριεις ΨΙΛΙΟΝ καλουσιν το ἀκρον. Heſychius. Ψιλιον] πτερον, μακρον. *ubi* ἈΚΡΟΝ *legendum. vid ad Moerin. pag.* 420. *Interim Pauſanias Lacon. p.* 199. *Ed. Sylb.* Θεων δε σεβουσιν ὁι ταυτῃ τον τε Ἀμυκλαιον και Διονυσον, ΨΙΛΑΝ ἐπονομαζοντες. ΨΙΛΑ γαρ καλυσιν ὁι Δωριεις τα ΠΤΕΡΑ. ἀνθρωπυς δε ὀινος ἐπαιρει, τε και ἀνακουφιζει γνωμην ὀυδεν τι ἡσσον, ἡ ὀρνιθας ΠΤΕΡΑ. (*Grammaticus in margine adſcripſit,* ὀρθοτατα ἐμοι δοκει.) *Pariter Heſych. in* Ψιλακα] Ψιλον *eodem loco habet, quo* πτερον. (*Confer enim L. Bos. Anim. p. m.* 138.) *Idem* Ἀψιλον] ἀπτερον, ἡ πολυΠΤΕΡΟΝ. *Hanc ob rem* „ poſſet cuipiam in mentem venire ΨΙΛΟΝ pro ΨΙ„ ΛΙΟΝ" *Harkenroth, in Adnot. ad Heſychium, quem parans edere Vir doctus calamo ſibi exaratum redegit ad XXXVI voll. in* 4o. *relictis inter ſingulas voces intervallis, ubi plurima congeſſit, de quibus Albertinis commentariis ſupplementum compilanti eſſet forſan operae pretium. Inter alia illic pleraque jam reperi, quae nuper ad Heſychium Doctiſſimus & magni aeſtimatus Wyngaarden. Sed ad Pierſonum.*

Ap. Eranium Philonem, Ammonio subjunctum, pag. 172. l. v. 'Οικαδε. forte, 'Εις την 'ΟΙΚΕΙΑΝ βαδιζειν.

Ap. Lesbonactem p. 186. Articulo, 'Αλλο 'Ατ-τικον, legatur, ινα ΘΥΣΑΙΤΟ & paullo post,

ινα ΘΝΗΤΟΙΣΙ φαινοι.

forsan tamen haecce depromta ex Diluc. Thucyd. Dissert. Abresch, quae non ad manum. Ibidem. Articulo, Περιηγητικον. vel Περιηγηματικον. suspecta πολεις, 'ΑΙ ΚΑΛΟΥΝΤΑΙ Σης κ. 'ΑΒ.

Pag. 187 Articulo. 'Αλλο πολλοις ειρημενον. suspecta. 'ΩΣ ΠΛΗΡΗ ΦΑΣΙΝ In libro περι Βαρβαρισμου, pag. 195. Articulo, Κατα δε Προθεσιν. forte, διφρον. δριφον. Και το φρω, ΦΡΕΩ. In Lexico. περι Πνευματων, pag. 223. Articulo, το Η προ τυ Λ ψιλυται legatur. 'Ηλω. το ΠΡΟΣΠΑΤΤΑΛΩ. *Forsan potius*, ΠΡΟΣΠΑΤΤΑΛΕΥΩ. *Quod Librarii* προσπαρφω. *hujus corruptelae causa in praecedentibus*, 'ΗΛΟΣ, το καρφιον

Pag. 232. Articulo, το Ο προ τυ Κ ψιλουται. legatur, 'Οκριοεις, ο ΦΡΙΚΩΔΗΣ · και ο ΤΡΑΧΥΣ.

Pag. 233. Linea. 4. 'ΟΛΟΤΟΣ suspectum.

Hisce Piersonianis jungerem aliorum ad alios adnotata; Vossii, V. *gr. & Burmanni ad Stephani Fragmentum de Dodone; Withofii ad Bernardum Geistensem & Alanum de Insulis: sed velim experiri eruditorum judicia de hisce, antequam laborem satis molestum, atque a Theologi provincia satis alienum, persequar, aut Hesychium illum Harkenrothianum perscrutari adgrediar.*

CHRIS-

CHRISTOPHORI SAXI

SCHOLIA LITERARIO-CRITICA

AD

L. A. MVRATORII

NOVVM THESAURUM INSCRIPTIONVM.

MISSVS SECUNDVS.

ΔΕΥΤΕΡΑΙ QVAEDAM ΦΡΟΝΤΙΔΕΣ ad MISSVM I.

Pag. 1. vers. 10. *destituebatur*] quamquam Indiculum ad *Fabretti Inscriptiones* se sibi paravisse scribit in Praefatione ad Tom. I.

Pag. 2. vers. 1. *deseruerat*] qua de re etiam *Hagenbuchius* queritur in *Diatribe*, p. 22.

Pag. 3. vers. 4. *in Praefatione*] uti Syllogen Gudianam pro nulla habuisse e *Dorvilio* adnotavit *Hagenbuchius* in *Epistol. Epigraphicis* p. 187. — Vno verbo semel admonere lectores generatim placet, me observationes *Hagenbuchianas* in Epistolis Epigraphicis latissime fusas, sed deficiente, talibus in caussis necessario, indice, ad

exemplum *Reinesianarum* ad *Rupertum* Epistolarum inventu admodum difficiles, ad suos quasque locos, quantum fieri potuit, revocasse.

— vers. 22. Cf. *Laurent. Mehus* in Praefatione ad *Kyriaci Anconitani Itinerarium*, p. LX. seqq.

Pag. 4. vers. 5. Post *veluti* | *Gruterum*, vel indice *Burmanno*, in Praefatione ad *Gruteri Inscriptiones*, p. 9. vbi *multas* ait *bis terve* . . . *repetiisse*. Argumento sit titulus ter commemoratus DCLXXVII. 7. DCCXV. 2. & MCXXVI. 5.

— vers. 13. *frequentissimus* | quod etiam *Hagenbuchius* observare non neglexit, cum in *Diatribe* p. 4. tum in *Epistol. Epigraphic.* p. 67. *bonus*, inquiens, *Muratorius*, *qua nemo inscriptiones easdem saepius recoxit.*

Pag. 16. vers. 14. Ala *Scubulorum* occurrit infra ap. nostrum DCCCIV. 8. Attamen, si *Scutati* & *Scutarii* iidem sunt, vt vult *Muratorius* DCCCIV. 7. *Scholam* quidem *Scutariorum* novi, *alam* non novi; ad cuius *alae Scutatorum* fidem approbandam nihil conducit *Aelianus* I. *Tactic.* 2. Facile enim credi potest, nonnullos fuisse equites, qui clypeos non scuta proprie gestarent.

Pag. 18. vers. 6. Sic etiam *Ioh. Christoph. Amadutius*, in *Sylloge Inscriptionum*, p. 466. ad n. 8. Vol. III. *Anecdotorum Literariorum*, laudat *Codicem Msc. Vaticanum* 3439. *qui continet ectypos veterum monumentorum Pyrrhi Ligorii.*

— vers. 20. cum ipse *Brencmannus aliquot* duntaxat commemoret in Praefationis *Hesselianae Appendice* ad *Gudium*, Stell. 2. fol. 1.

— vers. 22. *custoditi* | v. quoque *Muratorius*

rius in *Adnotatione in subsequentes Inscriptiones*, p. CMXXIII. Tom. II.

Pag. 19. vers. 1. Cardinale *Norisio* in *Epistola Consulari* p. 55.

—— vers. 11. post. *Corradinum Iob. Koolium*, in *Hesselii* Praefatione ad *Gudium* p. 13.

Pag. 20. vers. 15. Praenominis *Tertii*, quod mox plene, mox per compendium, TER. scribebatur, exempla dabit *Fabrettus* I. 101=104.

Pag. 21. vers. 2. quo exemplo *Pocockiano* vsus est *Leichius*, in *Novis Emendationibus Graecarum Inscriptionum*, p. 56. *Carminum Sepulchralium*.

—— vers. 15. Immo intelligi debet necessario *Ptolemaeus* VII. siue *Philometor*, cuius soror & vxor fuit *Cleopatra* II. Ὑπαλλαγὴ vero illa Ptolemaei, qua regis nomen nomini reginae postponitur, male quidem habuit *Bubierium*, p. 100. *Epist. Epigr.* sed eandem tamen exemplo nonnullorum Consulum & Magistratuum defendere conatur *Hagenbuchius*, p. 338. & 353. earundem *Epist.* Quam argumentandi similitudinem mihi non persuadet. In pervertendis enim consulum nominibus ratio esse potuit casus, peccatumue eorum, qui lapides inscribendos curarunt, perinde esse censentium, quoquo alteruter loco, antiquiori an posteriori, ambobus quippe gradu & dignitate, menstruaque fascium vicissitudine paribus, poneretur. quod locum habere nequit in hoc titulo, ab ipso rege *Ptolemaeo* & regina *Cleopatra* fortassis incidi iusso. Neque tamen vsquam alibi praeposterae huius nominum collocationis extat. Immo alii eiusdem generis tituli con-

contrarium docent, tamquam marmoris *Adulitani*, etsi sint, qui illud νοθειας postulent, tum *Citiensis*, apud *Chisbullum Antiquit Asiat.* p. 88. & *Muratorium* nostrum, infra MMXVII. 3. porro *Delii*, nunc *Oxoniensis*, apud eundem *Chisbull.* p. 89. item Scriptorum, nomina regum & reginarum subinde iungentium, vt *Iosephus* fecit XIII. *Antiq.* III. 6. 5. 2. βασιλευς πτολεμαιος και βασιλισσα κλεοπατρα. Verisimilius argumentum vsitatae nonnumquam nominum in caussa regum & reginarum inversionis *Hagenbuchio* praesto futurum fuisset, si numos in consilium vocasset. Ita verbi caussa in numo Ptolemaeorum *Berenice* a *Soteris*, & *Arsinöe* a *Philadelphi* dextra parte depicta cernitur, cum Epigraphe: Θεων Αδελφων, ap. *Valentem*, in *Historia Ptolemaeorum* p. 40. Pari dignitatis gradu imago *Cleopatrae* IV. in *Alexandri* I. siue *Balae*, filiique eius *Antiochi* VIII. Syriae Regum numis eminet, cum titulo: βασιλισσης κλεοπατρας και βασιλεως Αντιοχου. apud eumdem *Valentem*, in *Historia Seleucidarum*, p. 139. 188. & 193.

Pag. 22. vers. 21. operarum incuria exciderat locus: MCI. 2.

Pag. 26. vers. 32. cum vero vir doctissimus vers. 6. per literas S. . . . VII. intellexerit *Scrupulos* VII. vereor, ne tam exiguae ponderis particulae indicium vanum & inutile futurum fuisset, nusquam etiam, quantum sciam, obvium. Immo legendum esse existimaverim *Semis*, de qua numerandi veritate legatur *Dorvilius*, in *Diatribis ad Inscriptiones quasdam* in *Nov. Miscell. Observat.* Tom. III. p. 114. seqq.

Pag.

Pag. 27. vers. 14. ita *Publicius Dionysius* est ap. eumdem *Gruterum*, MXXXVI. 2.

— vers. 17. *quae* | excidit: lectio.

Pag. 30. vers. 4. quantumvis expressum non sit, quale nominatim periculum effugerit. Sic etiam infra in *Kalendario*, Columna II. indicatum non est, quasi *tristissimo periculo rem publicam liberaverit* Octavianus Caesar. p. CL. tabula B.

Pag. 33. vers. 2. apud *Gruterum* CCCC. 1. ὁλογραμμάτως POLLIA. Nondum vero inducor, vt cum *Cannegietero* ad hunc locum, in *Novis Miscellan. Observat.* Tom. IV. p. 181. s. negem *Iovem Caelestinum* esse *Caelestem*, hominisque cuiusdam *Caelestini*, vel *Caelestinae* familiae, Deum peculiarem fuisse credam. Immo *Iovis Caelestini* memoriam servari in *Gruteriano* lapide XVIII. 2. recte adnotavit *Muratorius*, qui titulus longe emendatior legitur ap. *Fabrett.* VI. III. Exempla quae affert *Cannegieterus*, non satis idonea esse videntur. *Pluto* enim *Nervianius*, aut *Proserpina Nerviania* cum *Nervianio Feroce*, *Diana Lycimniana* cum *Antio Lycimnio* necessitudinem habet: Iupiter autem *Caelestinus* cum *Nortorio*, vel *N. Ostorio Feroce* nullo modo.

— vers. 15. adde eumdem in *Observationibus* ad *nonnulla loca Muratorii* in *Supplemento Donatiano* p. 485.

— vers. 31. Sic in numis *Felicitas temporum* est felicitas & incolumitas hominum illa aetate viventium, Cf. *Spanhemius* ad *Callimachum* in *Cererem* 123.

Pag. 36. vers. 32. post *Gudium* II. 10. additis literis DD.

Pag. 37. vers. 15. vel Ex VOTo POSuit.

Pag.

Pag. 45. vers. 10. illud I. AVG. aeque *Iovem Augustum*, argumento *Gruteri* XVII. 10. atque *Iunonem Augustam* denotare potest. adde: XV. 2. Facile suppleri potuisset: IVNONI LAVD*andae*, nisi tantam inter hanc & *Gruterianam* XXV. 9. similitudinis concordiam reperissem, vt vix dubitem, quin eadem sit, praesertim cum aut *Muratorius*, aut *Gherardius* Mutinensis, suspicatus sit, lapidem Roma Bononiam translatum esse. Gruterus eam *Mazochio* (p. CXXXVIII.) debuit, vbi diserte: IVNONI CLAVDIAE ET SANCTAE. neque tamen extricare nos possemus ex corrupto *Muratorii* vocabulo MELIOMINI, nisi ipse *Mazochius* itidem vitiosam lectionem suam L. DOMINE in *Erratis* correxisset voce MELPOMINE pro MELPOMENE.

Pag. 46. vers. 22. Excusatione igitur peccati grammatici *Cannegieteriana* l. l. p. 171. non erat opus.

Pag. 47. vers. 10 Et quae de Materie obseruavit *Muratorius*, ea dudum occupaverat *Vossius*, in *Etymologico* voc. *Materia*, & *Burmannus* ad *Phaedri* IV. Fab. XXV. p. 225.

— vers. 30. Ipsiusque nostri *Muratorii*, IX. 9.

Pag. 48. vers. 30. Iunonem autem feminarum velut Genium fuisse, iam obseruavit *Philippus Turrius*, de *Diis Aquileiensibus*, p. 305. *Monum. Veter. Antii.*

Pag. 49. vers. 6. non memineram similia animadvertisse *Bimardum* in *Obseruationibus ad nonnulla loca Muratorii*, p. 485. & 486. *Supplementi Donatiani.*

— vers.

— vers. 10. Ipſe quoque *Rubeus* in *Omiſſis* ad Claſſ. XIV. quod exemplum emendatius retulit *Muratorius* noſter infra MCDXLIX. 3. exhibens: CARTILIA PLECUSSAE FI*lia*.

— vers. 16. *Rubei* lectio: ANNIA LIVDA ſincerior mihi eſſe videtur.

Pag. 50. vers. 2. cum vero *Muratorius* ad h. l. ſcriberet: *erunt*, *qui Venerem ſub hoc titulo cultam arbitrentur*, voluiſſem erroris eos damnaſſet, quandoquidem *Venus Caeleſtis* plane alia, nec quisquam, qui *Sponium* & *Baronium* ll. a *Muratorio* laudatis inſpexit, de hac cogitavit, praeter *Gorium*, *Inſcr. Florent.* Tom. I. p. 21. ad n. XXXX. Immo vero recte *Muratorius* in *Iunonis* titulis recenſuit, quae ipſa *Bona Dea Caeleſtis* appellatur infra CLXXXI. 9.

— vers. 31. Cf. hic *Hagenbuch.* de *Diptycho Brixiano* p. XXXXIV.

Pag. 52. vers. 18. *Bimardus* in *Obſervationibus* l. l. p. 486. dubito, an veriſimiliter legerit: ΕΠΙ ΤΕΛΕΥΤΗ *leto proximus.* Epigraphen ſimulacri illius infra dabit *Muratorius*, MDCCLXXVI. 5.

Pag. 53. poſt vers. 13. XI. I. vid. *Diarium Italicum* c. XXVIII. p. 425. 13.

Pag. 55. vers. 27. & *Bimardo*, in *Obſervationibus* p. 486. 487. *Supplementi Donatiani.*

Pag. 56. vers. 22. Cf. hic *Weſſelingius* ad *Antonini Itinerar.* p. 248. & 355.

Pag. 57. vers. 19. In ratione tituli *Auguſti* Diis tributi reddenda *Muratorius* ſecutus eſt *Reineſium* Epiſt. LXIX. ad *Rupertum* p. 654. cuius pleraque repetita ſunt ad I. *Syntagm.* 44.

&

& *Philipp. Turrium* in *Dissertatione de Beleno*, p. 264. *Monum. Vet. Antii.*

— Post vers. 19, XXIII. 8. dubiae antiquitatis esse videtur. Vix enim crediderim, privatum, vt videtur, hominem, seu vitae conservationis, seu valetudinis recuperatae causa aedem suis sumtibus *facere* potuisse.

— vers. 27. de causa cognominis *Apollinis Lycii* quae disputari possent, omnia occupavit *Gyraldus Historiae Deorum Syntagm.* VII. p. 223. *Oper.*

Pag. 59. post. vers. 22. XXIV. 7. vers. 6. fortassis suppleri & emendari potest VOTTICIO SEX. L. ARGENTILLO exemplo *Gruteriano*, XLIV. 4. pro quo tamen *Voltibium* mavult *Reinesius* in *Eponymologico* Msc.

Pag. 65. vers. 30. post *edit* | vti apud *Gudium* CV. 9.

Pag. 66. vers. 18. vid. Cannegieterum l. l. p. 201. seq.

Pag. 68. vers. 23. Cf. *Bimardus* in *Observationibus* l. l. p. 487.

Pag. 70. vers. 19. Mirifica saltem est coniugatio *Cereris Augustae Libertatis* forte vers. 4. & *Herculis Augusti.*

Pag. 71. vers. 16. v. quoque ad hunc locum *Cannegieterum* l. l. 207. 208.

— vers. 17. Forte est *Matthaeus Vecchiazzanius*, cuius *Historia di Forlimpopoli con varie rivoluzioni dell' altre città di Romagna* in *Rimino* 1647. 4. mihi nunc demum innotuit.

MIS-

MISSVS SECVNDVS SCHOLIORVM.

XXXI. 1. 2. 3. Ad haec tria loca nihil aliud de Matre Deum, Attide Menotyranno, pinu, cymbalis, tibiis, obſervare poterat, quam quod dictum erat prius, cum a viris doctis, a *Reineſio* ad I. 39. 40. laudatis, tum ipſo *Reineſio*, *Spodio*, loco in *Periculo* meo laudato, & in *Ignotorum Deorum Aris* Tom. VII p. 247. *Theſ. Gronov.* item interpretibus *Strabonis*, ad X. p. 719. & XII. p 851. ed. *Almel.* Totam vero hanc numeri 2. ſive porticum, ſive Zophorum eleganter depictum dedit *Pocockius*, *A Deſcription of the Eaſt*, Vol. II. Part. II. ad p. 212. Tab. XCVIII. Quod ad n. 3. attinet, non inutile futurum fuiſſet, ſi obiter adnotaſſet, mutilam primum a *Reineſio*, I. 235. ex ſchedis *Holſtenianis*, tum a *Gorio*, in *Donianis*, quod quidem univerſe indicauit, ſed non definitis cubilibus, I. 60. plene evulgatam fuiſſe, praeterea Inſcriptionem hic legi Διγλωττον, qui mos permiſcendi vtramque ſcripturam & linguam non in numis modo, ſed in lapidum quoque monumentis frequens. Sunt autem mox iidem tituli & graece & latine inciſi, vti apud *Spon.* in *Itinere* p. m. 409. & 416. alter Epheſinus, alter Laodicenſis, quo exemplo vſus eſt *Ez. Spanhemius*, de V. & P. N. Diſſ. II. p. 107. Tom. I. porro ap. *Spon.* X. *Miſc.* XXXVII. p. 333. ab *Hagenbuchio* in *Diatribe* p. 32. laudatus, & in *Itinere Haymanni*, Part. II. p. 400. repetitus. Similis eſt *Bimardi* in Diſſert. I. p. 6. ad quem vide quae Miſſu I. dixi p. 7.

8. addatur omnino *Reinef.* ad IX. 51. mox vno in lapide duo diverſi tituli, graeci & latini, tamquam apud *Gruterum* CCCXXX. 5. quem neſciens hic legi *Sponius* repetiit X. *Miſc.* LXXX. 348. tum ap. *Spon.* X. *Miſc.* XXXVII. 340. cui titulo etiam *Fabrettus* bis locum dedit, VI. 186. & X. 545. nec non *Spon.* X. p. 352. XCII. qui idem eſt *Marmorum Oxonienſium* n. CLXXX. p. 60. ed. *Maetter.* & *Murat.* CCCXXXVI. 4. Mox graeci occurrunt latinis literis, veluti apud *Fabrettum* VI. XIX. quem bene explicuit *Reineſius* ad XIV. 31. & *Io. Iac. Breitingerus*, in diſputatione *de Antiquitate vrbis Tigurinae*, §. 19. p. 31. it. ap. eumdem *Fabrettum*, VI. 100. ad quem locum videatur *Hagenbuchius* in *Epiſtolis Epigr.* p. 18. & *Bubierius*, ibidem, p. 22. 34. ſ. 41. nec non *Spon.* X. *Miſc.* CXX. 371. cuius plane geminus eſt *Fabrettinus*, VI. 101. & *Murator.* MMXLV. 7. ab *Hagenbuchio* in *Epiſt. Epigr.* p. 18. & 65. illuſtratus. Mox etiam Latini, graecis literarum elementis, veluti apud *Reineſium* in *Epiſtola* ad *Rupert.* XLVI. p. 388. 389. ad quam quae ibi obſervantur, in Syntagmate omiſſa ſunt, tum *Fabrettum*, V. 249.=256. *Philippum Bonarotam*, *Oſſervazioni ſopra alcuni Frammenti* p. 32. & *Murator.* MDCCCLXXIX. 4. praeterea *Lupum*, ad *Severae Martyris Epitaphium*, ad p. 5. Tab. I. *Bimardum* Diſſert. I. p. 27. & *Muratorium* CCCLXVI. 1. it. apud eundem *Lupum* p. 61. 62. & *Muratorium* MCCXX. 8. & MCCXCVII. 8. ſimiliter ap. *Donium* II. 158. & *Murator.* CCXLII. 4. nec non ap. *Bimardum*, in Diſſ. I. p. 6. ſeqq. *Muratorium* MDXCV. 5. & *Hagen-*

bueb.

buch. in *Diatribe*, p. 32. tandem apud ipsum *Muratorium* MCCXX. 8. MCCVII. 8. inprimis *Winkelmannum* in *Historia Artium*, p. 121. Eius vsus caussam duplicem vulgo editam cognovi. *Reinesius* graecis annexa latina suspicatur, ad I. 199. quoniam duo saxa alio translata conferruminata fuerint, *Sponius* existimat ad X. *Misc.* LXXVI. p. 347. *Romanis, qui in Graecia defuncti erant, saepe Latina* inscripta esse *Epitaphia.* Neutra ratio vel idonea, vel certa. Priorem certe vanam esse indicavit *Fabrettus*, ad X. 545. p. 747. neque ea bilingium consuetudo in lapidibus solum Graeciae, sed etiam Italiae & Romanis subinde animadversa est.

XXXII. 1. vers. 2. BERECYNT*hiae* MATRI leg. non BERECINT.

—— 2. vers. 2. legi debet Q. CASSIVS M. F. VARVS veriori exemplo *Gruteri* XXVI. 5. *Pacediani* igitur schedis non erat opus.

—— 3. infra corruptior redit CXLVII. 6. *Custodiarium* an idem esse possit, quod *Secretarium* nunc appellant vulgo, ipse videat. Quidni intelligas *Sacrarium*, locum templi secretiorem?

—— 5. = 9. omnes e *Donio*, in his *quintus* primum *Honoratum Bouche*, in *Historia Provinciae* Tom. I. L. II. c. I. p. 58. deinceps *Donium* I. 22. sui editorem habuit, *sextus* itidem *Donium* I. 164. *septimus* eundem, I. 16. *octavus* vti illum ipsum *Honoratum Bouche*, in *Histor. Provinciae*, Tom. I. L. II. c. I. p. 59. sic postea *Donium*, I. 15. & *nonus* eumdem I. 61. sine pictura tamen Telluris, neque ibi GORDIVS legitur, sed CORDIVS, quod nomen gentile vsitatius. Similis varietas lectionis ap. *Lamprid.* in

Elagab. 12. Quoniam vero *Matrusianos* lapides a suo abesse noluit thesauro Muratorius noster, mirari sane quis possit, cur post numerum 8.elegantem illam arulam *Deae Sanctissimae Terrae Matri* ab *Aurelia Flavia Iuliana* consecratam & in *Marmoribus Felsineis* Sect. VIII. c. XI. p. 522. custoditam omiserit, sed mirari desinet, ideo fortassis id factum, quoniam apud *Fabrettum* X. 153. & *Donium* I. 63. eadem inveniebatur.

XXXIII. 1. Ex eodem Museo *Kircheriano* edidit *Ios. Roccus Vulpius* in *Veteri Latio Profano*, Tom. VI. L. X. c. 6. p. 109. vbi simul adnotauit his duobus Diis aram dedicatam fuisse, quod *Stata Mater* i. e. Vesta, sine *Vulcano* h. e. igne esse non potuerit; *Quieto* autem *Vulcano* votum solvi dicitur, ne motu & agitatione ignis tremor telluris oriatur.

— 2. Non tam schedas *Contuccii*, quam *Ficoronium* in Dissertatione de *Bulla aurea puerorum nobilium* p. 51. antestari debuisset, qui vers. 4. plene exhibet VICO & vers. 7. EVTYCVS pro EVTYCHVS. Attamen EVTYCHVS quoque est apud *Gregorium Redium*, in Dissertatione *de Diis Adhaerentibus*, (*Sopra gli Dei Aderenti*) p. 113. Tom. II. *Saggi di Dissertazioni Accademiche*, vbi etiam vers. 9. C. VIBIVS PHYLAD. Sed magis mihi placet *Ficoroniana* & *Contuccii* lectio PHILET*us*, nisi forte PYDAD*es*.

— 3. Dudum ediderat *Iacobonius* in *Appendice* ad *Fonteium* de *Prisca Caesiorum gente*, c. V. p. 61. pluribusque illustraverat. Quid igitur erat, quare a schedis demum *Farnesiis* petendum esse existimaret. *Caesia Sabina* etiam occurrit apud *Fabrettum* IV. 67. dubium, an eadem.

— 5.

— 5. in quadam domo Capituli, testibus hoc *Philippo a Turre*, de *diis Aquileiensibus*. p. 309. VIII. n. 1. *Monumentor. veteris Antii*, & *Ioh. Dominico Bertoli*, (*Le Antichità d'Aquileia*) n. LXXXVI. p. 106. Cum vero toties descripta esset a *Fabretto*, *Donio*, & *Gudio*, quaeri possit ratio, cur non modo hic legendam obtulerit, sed etiam infra CXXXIII. 3. in memoriam revocaverit. Interim lectionis varietas non est praetereunda. vers. 1. sic *Turrius*, infra vero *Muratorius* loc. laud. BONAE DEAE PAGANAE, invito *Turrio*. BONAE FAGANAI *Fabrettus*. X. 157. *Bonae Deae* PAIAGAE, *Donius* IV. 23. & *Gudius* LIV. 4. vers. 2. RVFRIA *Fabrettus*, & *Turrius*, *Muratorius*, vero hic, & infra. RVFIA *Donius* & *Gudius*; vers. 3. CASILIA SCYLACE *Turrius* & *Muratorius* hoc loco. CAESILIA *Donius*, *Gudius*, & *Muratorius* infra. CAESILIA CINNAMIS *Fabrettus* l. l. Praeferendum sane *Casiliae* nomen. Cum hoc vero titulo alium commiscuerunt *Donius* & *Gudius*, quem recte semoverunt *Fabrettus* X. 157. 158. & *Turrius* l. l. eiusdemque exemplo *Muratorius* infra CXXXIII. 4. Cf. quoque hic *Cannegieterus* p. 209.

— 6. in domo Capituli. v. *Philipp. à Turre* de *diis Aquileiensibus* p. 311. IX. 2. *Monum. Vet. Antii*, & *Giandomenico Bertoli*, *Le Antichità d'Aquileia*, ad n. XCI. p. 108. Hoc loco in Classe I. Deorum habet, infra in Classe XIII. *Officiorum*, CMXLI. 4. commemoravit. Hoc loco fontem edit *Turrium*, infra *Donium*: hic DOMNAE B. i. e. *Bonae* dedicatus lapis, illic *Domnus* est *Apollo Bolenus*: hic *Sex. Baebius Bai.*

Fil. Vet. ex Classe, illic *Sex. Baebius* : : : *Fuit in Classe*, vnde *Muratorii* inconstantia titulos recensendi intelligitur. Cum BAI. FIL. dicitur, id indicio est BAI*bium* eumdem esse atque *Baebium. Baibius*, *Baibii*que Filii adfuerunt supra III. 3.

— 7. In fronte cuiusdam domus Capituli, *Phil. a Turre* l. l. p. 311. IX. 1. & *Bertoli*, l. l. n. XC. p. 108. eadem quoque legitur in *Donianis*, III. 5.

— 8. ibidem de diis *Aquileiensibus*, p. 309. VIII. n. 3. item *Bertoli Antiquit. Aquilei*, n. LXXXVIII. p. 107. Cf. quoque *Cannegieterus* l. l. p. 208.

XXXIV. 3. Quomodo *in Alcalà de Henares?* cum dudum Romae inventa, a *Smetio* visa, XXII. 1. & a *Grutero* XXXIX. 2. publicata fuerit.

— 6. recte *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 349. coniecit vers. 2. legendum esse SALONIVS.

— 7. *Histor. Genealogic. dom. reg. Sabaud.* Tom. I. p. 52. Bene quidem *Muratorius*, *subintelligitur*, inquit, *servus*, sed addere non debuisset, *nisi Libertum malis*. Hoc enim pacto vtrius sententia *Reinesii*, an *Fabretti* amplectenda esset, in medio reliquit. Quoniam vero ad interpretationem titulorum veterum alicuius momenti est, scire, quibus vel auctoribus, patronisue, vel argumentis alterutra opinio steterit, cadereque visa sit, adnotare saltem loca non inutile erit, vnde res cognosci iudicarique possit. *Reinesius* non tam finite, quam indefinite illos, qui nominandi casu occurrunt, nulla quippe conditionis mentione adiecta, vel Libertos vel Servos, qui gi-

gignendi casu, patronos vel dominos, quasi dubios & medius interpretabatur ad V. 24. 29. 60. 61. *Fabrettus* contra hanc omissionem status indicii perpetua velut lege exemplorum a se allatorum I. 188. = 223. nota *Servi* supplendam esse iudicavit. Reinesii patrocinium suscipere visus est *Bubierius* in literis ad *Hagenbuchium*, francice scriptis, *Epist. Epigr.* p. 40. 107. 237. = 239. variisque titulorum locis non tam *Servum*, quam *Libertum* tacite addendum esse censuit. *Fabretti* vero opinionem *Hagenbuchius* tam solerter & acute tuitus est in iisdem *Epistol. Epigr.* p. 53. 157. = 201. & 263. 264. vt nunc causa perorata esse videatur, vbicunque conditionis memoria siletur, ibi SERvi vocabulum cogitatione annecti oportere.

XXXV. 1. in editis *Cyriaci Anconitani* p. XXXIII. n. 219. legitur ΑΡΙΣΤΩΝ & ΑΡΤΑΜΙΔΙ recte pro Αρτεμιδι, vti mox n. 4. sic infra CXL. 4. — vers. 2. cuius alterius, vti DXCI. 4. haec Inscriptio pars esse videtur. Inspiciatur *D'Orvilius* in *Miscellan. Observat. Novis*, Tom. III. p. 152. 154. 155. ΕΙΛΕΙΘΥΙΗΙ leg. pro ΕΙΛΕΙΘΙΗ.

—— 3. l. 37. Huic titulo commodiorem & lectionem & sensum vertendo reddidit *D'Orvilius* ad *Charitonem* p. 168.

—— 4. Supervacaneae erant *Muratorii* schedae, cum iam hanc Epigraphen non separatim offerrent edita *Cyriaci*, p. XXXIII. n. 221. sed copulatam cum alia parte, quae extat infra CXL. 4. constanter ap. *Cyriacum* legitur vers. 3. ΕΙΛΕΙΔΙΗ pro ΕΘΕΤΗΝ, quam verbi clausulam, tali in dedicatione non necessariam, forte descriptor aliquis, vim Dianae Ilithyias non intelli-

 gens,

gens, aſſuerat, idem, ſed alio modo, ſuſpicante *D'Orvilio* in *Miſcell. Obſervat. Nov.* Tom. III. p. 154.

—— 6. apud *Sponium*, & *Fabrettum* dudum extitiſſe iam adnotavi in *Periculo*. Sed vereor quoque ne eadem ſit, quae *Gruteri* XXXIX. 3. e *Smetio*, XXII. 4. quamquam antiquitus forte eraſis, ſive *L. Fulvii Plautiani*, & *Fulviae Plautillae Aug.* vt *Fontaninus* in *Antiquitatibus Hortae* L. I. c. 3. opinatur, ſive *Getae*, plerorumque hominum doctorum, inprimis *Oliverii* ad *Marmora Piſaurenſia* p. 43. iudicio, nominibus. *Juliam* vero *Domnam* in numis ſubinde dici *Matrem Auguſtorum*, *Matrem Patriae*, *Matrem Caſtrorum*, *Matrem Senatus* docet *Valens*, in *Numismatibus Imperatorum Romanorum praeſtantioribus*, Tom. II. p. 236. 237. ed. Roman.

—— 7. Haec inſcriptio cum lectionis tum interpretationis ambiguitate laborat, aliter non modo verſibus ordinatis, ſed etiam aliis ſubinde ſiglis. Exempli *Muratoriani* verſum primum occupat GRAECIA P. F. RVFA. apud *Gruterum* vero DCCCLXXXIV. 15. (ex *Apiano* CIX.) iterumque MXI. 3. (e *Sculteti* ſchedis,) noviſſimum: neque apud *Gruterum*, *Graecia*, ſed primum *Graeceia*, tum *Cineceia*. Hic pariter atque apud *Gruterum* priori typo POMPON. cum DIANAE iungitur, contra altero DIANAI praeponitur, & POMPEIA titulum claudit, ſic, vt dubites Deorum ad Claſſem, an ad Ἐπιλυμβίοις pertineat. & cum alterum *Gruteri* exemplum ſic incipiat DIANAI LOCH. *D'Orvilius* in *Nov. Miſc. Obſervat.* Tom. III. p. 153.

153. suspicatus est legendum esse *Dianae* LOCHeae, Λοχεία, obstetrici, argumento *Luciani* Dialogo II. *Meretricio* p. 283. Tom. III. ed. nov. aliorumque cognominum graecorum Dis Deabusque tributorum, vt *Iovis Brontontis*, *Grut.* XVII. 12. *Murat.* VIII. 8. *Cereris Thesmophorae*, *Murat.* XXX. 3. *Isidis Myrionymae*, *Gruter.* LXXXIII. 4. Dianae εἰληθυίας, opiferae, (*Spanhem.* ad *Callimach. Hymn.* in *Dianam* vers. 23.) *Minervae Erganae*, *Gud.* LI. 1.=4. Vel sic tamen *sepulcralem* putaverim. *Scaliger* certe in sepulcralibus, indicio prioris loci Gruteriani, habuisse videtur, nominata in Indicis capite XXIII. *Pomponia Diana*: eumque secutus est *Reinesius* in *Eponymologico* Msc. voc. *Diana.* Siglas vero *Reinesius* in suo Indice c. XX. litera L. sic explicuit: LOC*um* H*uius* S*epulcri* C*uravit*, vel C*omparavit* P*ecunia* S*ua.*

— 8. *Marmi eruditi*, Part. II. *Lett.* XII. p. 213.

XXXVI. 2. Narrat *Christoph. Browerus*, in *Antiquitatum & Annalium Trevirensium Proparasceve* c. XXIV. p. 51. prope Arduennam Silvam & locum, cui nomen *Epternacum*, in rupe conspici Inscriptionem admodum labefactatam: & Auctor libri *de Religione veterum Gallorum*, L. IV. c. XII. p. 50. Tom. II. legit Q. POSTHVMIVS.

— 4. *Histor. Genealog. domus Sabaudiae* Tom. I. p. 54.

— 5. In *Periculo* iam observavi, eamdem iam a *Sponio* occupatam esse. Apud *Vulpium* in *Veteri Latio Profano*, Tom. VII. L. XIII. c. 2. p. 230. vti ap. *Sponium*, versu 6. non FLA-

VIANVS sed PLARIANVS legitur. *Diana* autem *Nemorensis* eadem, quae Nemorum antistes, siue *Vmbrarum* ac *Nemorum incola*. Sic enim mutilam Inscriptionem *Sponii* III. *Misc.* XXXIV. p. 88. *Fabretti* X. 106. p. 689. & *Gudii* in Indice, voc. *Auxentius* p. LXXXXVI. feliciter, vt reor, suppleuit *Cuperus*, in literis ad illustr. *Leibnitium*, in *Iordani Historia vitae & Scriptorum Lacrozii*, Part. II. p. 280. *Hesselius* quidem vult *Latebrarum*, sed latiori vocabulo, quam pro lacunae modulo: neque *Burmanni* in *Specimine Anthologiae Latinae* p. 12. *Silvarum* supplementum valde placet. Extant de hac Diana Nemorensi, vel Aricina originis Scythicae varii tituli, & quemadmodum Tauris in Italiam apportata sit, docebunt *Ouidius* IV. *Trist.* El. IV. a vers. 63. III. *ex Ponto* Ep. 2. a vers. 45. & *Valer. Flacc.* II. *Argonautic.* 301. seq.

— 6. *de diis Aquileiens.* p. 313. n. X. *Monumentorum Veter. Antii*, cuius interpretationem etiam sequi debuisset *Muratorius*. Ex eodem *Turrio*, etiam mutuatus est *Ioh. Domenic. Bertoli Antichità d'Aquileia* p. 108. XCII.

XXXVII. 1. 2. ambas vno eodemque numero haberi quid vetat? Eamdem certe numeri 1. picturam evulgavit Ezech. *Spanhemius* ex codice *Du Quesneliano* ad *Iuliani Caesares*, p. 123.

— 2. non ex *Lupo*, vt suspicor, sed *Vulpio*, *Vet. Latii Profani* Tom. VII. L. XIII. c. 2. p. 226. Verum vti iam in *Periculo* adnotaueram, eumdem titulum a *Sponio* occupatum esse, sic nunc haud perinde est scire, in *Reinesianis* quoque I. 260. locum inuenisse, indicemque praetulisse: *Sub signo Dianae venatricis*,

nec

necnon figlas ita redditas fuisse; *Sicut Promise-rat Votum Solvit.*

— 4. e *Tabulis Ghezzio-Rossianis* XXXI. 8. quod indicare quaenillae fuisset operae? quis enim e solis verbis: *cura Enim. Cardinalis de Polignac* suspicetur, intelligi hic debere splendidas *Petri Leonis Ghezzii* tabulas. Is quippe, iudice *Poleno*, in Praefatione ad Tom. III. *Novi Supplementi Thes. Antiq.* p. V. & X. *eximia in delineando peritia iussu Cardinalis Melchioris de Polignac Columbarium alterum ad normam regulasque ab arte pictoria & architectonica praescriptas* depinxit.

— 5. Mirari quis iure possit, eiusmodi titulum in vico *Colomiola*, (Grut.) *Colignola*, (Fabrett.) *Codegnola* (*Gud.*) *Cotiniola* (*Don.*) repertum, nunc *Veronae* in Museo custoditum, totiesque descriptum a Grut. XLI: 3. *Fabretto* X. 159. *Gudio* XXX. 8. *Donio* in *Appendice Miscella.* n. 4. hic repeti potuisse. Nomen ap. Fabrettum eodem modo vti hic IVENT. ap. Gudium VEIENT. ap. Donium VEENT. apud *Maffeium* in *Museo Veronensi* LXIX. 4. IVEN editur, vnde leg. IVENTius, siue IVVENTius, omittitur enim interdum V. exemplo Indicis *Scaligerani* c. XIX. p. XCV. Si elegans arae pictura ex *Maffeo* praesto non esset, nescire-mus sane aliam imaginem *Dianae Luciferae*, aliam *Lunae* subiectam fuisse.

XXXVIII. 1. *Histor. Genealog. regiae domus Sabaud.* Tom. I. p. 33. vbi vers. 5. HAV-RIMNO legitur. Mire corruptam iam agnovit *Spon.* VIII. *Misc.* p. 270. n. 5. propterea alte-

teram duntaxat partem retulit, nec apud eum *Septimius Honorarius* est, sed HONORATVS. multo minus ibi cernuntur verba AVGG. H. CAES. vnde tamen *Muratorius*, *Hortis Caesarianis* male extricavit, sed AVGG. ET CAES. h. e. *Augustorum & Caesarum*.

— 2. dudum promulgata legitur in *Cyriaci Anconitani Epigrammatibus* p. XXIII. n. 153. ad quem locum inspiciatur *Luc. Holstenius* in *Not.* & *Castigat.* in *Stephanum Byzantinum* de *Vrbibus* voc. ΦΕΡΑΙ. p. 344.

— 4. *Sponium* iam ex *Schedis Barberinis* protulisse in *Periculo* notavi, vers. 9. legendum existimo HS. XXXX.

— 5. *Cyriaci* quoque edita hanc subministrarunt, XXXII. n. 217. eademque est, quae supra iam e schedis Farnesiis prodierat, XVI. 8. quid Αἰγειμιδεῖς Πραιαι sibi velint, recte explicuit *Dorvilius Nov. Miscell. Observat.* Tom. III. p. 153. Cf. *Cannegieter* ibid. Tom. IV. p. 210.

— 6. quid rursus Schedae? cum elegantius iam lucem viderit apud *Gudium*, XXXI. 8.

XXXIX. 1. de *diis Aquileiens.* p. 303. n. VI. *Monumentorum veteris Antii*. Verum autem esse, quod *I. D. Bertolus* in adnotatione eum monuit, satis declarat idem lapis a *Donio* XIV. 53. descriptus, quem aeque minus atque alia titulorum veterum corpora Muratorium data opera inspexisse non vno mihi argumento constitit. apud *Donium* est BARACHIS recte! apud *Turrium* l. l. & *Bertolum* in *Antiquitatibus Aquileiens.* p. 104. 105. BARACHVS & BARACVS, quod peregrinum, & insolens. Interim si,

si, auctore *Bertolo*, seiungantur duo tituli, nescio sane quid spuriae antiquitatis insit, iudice *Maffeio* in *Arte Critica Lapidaria* L. III. c. IV. p. 475.

— 2. Haec Epigraphe, non ex schedis demum *Farnesiis* depromenda, quae non semel antea nota fuit, variam subiit fortunam, mox inter Diis consecratas relata, vti hoc loco DITI PATRI, vel apud *Bertoli Le Antichità d'Aquileia* XXXVII. p. 62. & nostrum *Muratorium*, infra XL. 8. S. A. S. siglis varie redditis, vel *Saturno*, vel *Soli*, vti apud *Vrsatum* p. 404. mox *Silvano*, vel *Serapidi*, vel *Spei Augustae Sacrum*: mox in sepulcralibus collocata, vti bis apud *Gruterum*, DCCCLXXXVIII. 1. & DCCCXLII. 12. (exemplo *Apiani* CCCXLIX & CCCLI.) *Bertolum*, *Antichità d'Aquileia* XXXIX. 64. & nostrum *Muratorium*, MDVI. 6. mox interpolata & mixta cum alia, adsutis quippe primis versibus, vti apud *Apianum*, CCCXLIX. & *Gruterum* DCCCLXXXVIII. 1.

— 4. Per *Marzarium* illum intelligendus haud dubie *Iacobus Marzarius*, auctor Historiae Vicentinae, (*La Storia di Vicenza di Giac. Marzari, Nobile Vicentino, in Vicenza* 1604. 4.) quem *Reinesius* ad XIV. 12. *Merciarium* vocat. Equidem tametsi nihil *Marzarii* fidei detractum velim, tamen de huius tituli antiquitate dubitaverim, postquam similis farinae, dictionisque *Gruterianum* MXV. 8. cum nostro contendi. Quae vero de *Summano* fabulatus est doctiss. interpres in animadversione, ea mihi vana esse videntur. Inspiciatur *Cl. Oudendorpius* in *brevi Legati Papenbroekiani Descriptione* p. 4. 5.

XL. 2. H. non mutandum esse in M. sed reti-

tinendum omnino, legendumque esse censeo Hoc. SPELAEVM.

—— 3. sub icone cubitali ex argilla, quam exhibet *Gualtherus* in *Tabulis antiquis Siciliae*, Vol. VI. *Thesauri Siculi* p. 222. n. 48. v. *Hagenbuch. Epist. Epigr.* p. 420. seq.

—— 5. Edine nunc demum e schedis poterat, quae toties iam cura Scardeonii, Pignoriique item ipsius *Gruteri*, XCVI. 1. tum *Ruperti* in Epistola ad *Reinesium* XXVIII. p. 137. nec non *Zabarelli*, (*Gli Arronzi overo de' Marmi Antichi* p. 86.) lucem viderat? versu 3. & 4. apud *Gruterum* legitur SER AETOR AED. vnde *Reinesio* in Epistola ad *Rupertum* XXXI. p. 158. visus est *Scriba Praetorius Aediticius*, quam vere, arduum est definire. Sin Muratoriana lectio bene se habet, haud improbaverim *Sam. Schurtzfleischii* in *Actis Literariis* p. 88. 89. coniecturam, suspicantis hic latere cognomen STRATOR*is*.

—— 6. leg. PANNYCHVS PHOSPHORI . . . . IANI PATRIS SVA PEC. F. i. e. *Iani Patris sua Pecunia Fecit.* in illa enim litera S duplex S latuisse videtur.

—— 7. inepta & futilis inscriptio, quam recte damnavit *D'Orvilius* ad *Charitonem* p. 519. 520.

XLI. 1. infra CXXVI. 3. e *Montefalcone* redit. Hoc loco vrnam *Libero* dicatam esse putat, infra, *Deo Libero*, an *Deo Lari* competat, dubius est *Muratorius*.

—— 2. varie locum, vbi repertus fuerit, vel extet lapis, editum memini. Hic *Cypri in vico Regnani*, apud *Reinesium* vero, vbi primum lucem vidit, I. 109. *Cesenae*, & apud *Olivierium*, in

in *Marmoribus Pisaurensibus* p. 4. n. III. in *Villa Collis Albani* cerni dicitur, vbi simul vir doctus animadvertit, non FVL. sed perspicue IVL. legi.

—— 7. vid. *Inscriptiones* eius *Dalmaticae* in *Thesauro Siculo* Tom. XIV. p. 42. n. 2.

—— 8. Idem *Ioh. Lucius*, Traguriensis, iam dederat, sed mendis deformatam, confusamque cum alia, non *Salonis*, sed *Cetinae* eam locans, in illis *Inscriptionibus Dalmaticis Thesauri Siculi* Tom. XIV. p. 46. n. 11.

—— 10. Estne eadem, atque *Gudiana*? XLVI. 1. Sic equidem censeo. Integram quoque inter *Donianas* retulit *Gorius*, I. 64. cuius signo Pantheo Harpocratis velim addatur aliud simile, quod e Museo *Rigordii* depromtum *Memorias Trevoltinas*, A. 1715. mense *Iulio* p. 1258. ornavit.

—— 13. ad *Iuliani* Imperatoris tempora hunc titulum pertinere conficit *Gregorius Redius*, *Sopra gli Dei Aderenti*, in *Saggi di Dissertazione Accademiche*, Diss. VI. p. 113. Tom. II. vbi versu 4. exhibetur LIBERITER pro LIBERI. vnde suspicor legendum esse LIBERALITER. Insolens esse videtur, auctorem tituli, qui simplici & vulgari stilo scribi debebat, poëticis *Bromii* & *Silvigeri Dei* vocabulis pro *Baccho* & *Silvano* vti potuisse. Si *Asterii* nomen occurrit, non statim cogitandum est de *Turcio Asterio*. Commune enim pluribus aliis hominibus esse potuit, argum. ipsius *Muratorii* infra MMLXV. 6.

XLII. 2. versu 1. CONSOR. KARISS. recte explet *Cannegieterus* de *Nominibus* c. XVI. p. 91. (n.) *Conforti Karissimae.*

—— 5. An ex *Taulero* bene descripserit, haud scio,

ſcio, quoniam ad manus mihi non eſt eius *Memorie Storiche dell' antica città d'Atina*, *Napoli*, 1702. 4. verum id ſcio, hunc typum *Doniano* I. 45. diſſimilem eſſe: omiſſa enim poſt nomen ACHILLES haec ſunt verba: AVG. LIB. PROC. h. e. *Augusti Libertus Procurator*. coniectura de *Numine Aeterno*, non eſt eius, ſed *Gorii* ad illum locum. Quidni tribuas Marti cognomen NVMITERNI ideo, quoniam compreſſiſſe dicitur Rheam Silviam, eamque ob cauſam Numitoris velut perſonatus gener eſſe potuit.

—— 6. dudum non modo *Fabrettus* IX. 23. ſed etiam duo Monachi Benedictini in *Itinere Literario*, Paris. 1717. 4. Tom. I. p. 294. vulgarunt, vbi accuratius deſcripta eſt excepto *T. Agileii* nomine, quod TRAGILEIVS audit. Id vero *Agileii* nomen recte vindicat *Hagenbuchius* in *Epiſtolis Epigraph*. p. [21.] Mirum ſane neſciiſſe *Muratorium*, hunc *Vaſionis* lapidem a Benedictinis illis Monachis relatum eſſe, cum eorum libro alicubi non ſemel vſus fuerit, veluti CDX. 4. *ex Itinerario Patrum Benedictinorum* MXLI. 1. *ex Itinerario Benedictinorum*, & MLXXXVIII. 6. *ex PP. Martene & Durand.*

XLIII. 1. vers. 2. BELATVCARDO vti etiam in Indice. Male! legendum BELATVCADRO. atque ſic quoque expreſſit *Thomas Gale* ad manſionem ABLATO BVLGIO in *Itinere Antonini* p. 34. eodemque pacto *Horſlaeus* in *Britanniae Romanae Cumberlandia*, Tab. 42. n. XXXI. & in *Obſervat.* p. 271. & 283. it. in *Weſtmorlandia*, Tab. 59. n. III. neque diſſimiliter apud *Gruterum* l. l. & *Spon*. III. *Miſcell*. p. 110. LXXXIX.

—— 2.

— 2. Schedae Cattanei frustra ἀνέκδοτον probant, cum diu ante innotuerit ex *Caro*, *Antiguedades di Sevilla*, III. XI. tametsi male ibi pro L. LIB*ertus*, ILIB. referat, atque ILIP*ensem* comminiscatur, tamen aptius cognomen MARTIALIS, quam MARTIUS offert.

— 4. *Osservazioni letterarie*, Tom. I. p. 179. n. 10. cui sane iure obloquitur Muratorius. *Mars* enim *consentiens* idem esse videtur, atque obsequens, dicto audiens, vti mox XLIX. 6. *Mercurius consentiens* & forte etiam apud *Gruter.* LIV. 5. MERCURIO CONS*entienti.*

— 5. *Histor. Genealog. reg. dom. Sabaud.* Tom. I. p. 35. vbi figuras literae A. sollicite descriptas videbis.

— 6. Quomodo schedas antestari poterat? cui praesto fuit exemplum forte emendatius *Gruteri*, LVII. 6. & *Donii*, I. 50. Neutrubi certe IDENQ. sed IDEMQUE. nec DEC. sed apud *Gruter.* DVVMV. apud *Donium* vero simplex & ambiguae significationis. D.

— 8. Dubiae lectionis est titulus, & propter *Niliacos mililes* plane mirificus. *Reinesius* eumdem recensuit I. 83. omissis tamen Niliacis militibus, eorumque loco post M. PETRONIUS MAGNVS exhibet: IIII VIR CN. L. RESPICIUS V. S. P. M. litera P. vt reor, in L. commutanda. Attamen illos *Milites Niliacos* servavit *Dunodus*, in *Decouverte de la ville d'Antre* p. 32. & secundum eum *Marquard. Wildius*, in *Apologie pour la ville d'Avenche en Suisse*, p. 22. vtrobique in fine leguntur hae siglae V. S. O. M. quas auctor detecti oppidi tripliciter, sed ineptissime interpretatur:

{ *Victis Sequanis* }
{ *Victoriae Suae* } *Obtulerunt Monumentum.*
{ *Victoriae Sacrum* }

Wildius contra *Votum Solverunt Omnes Merito.* Cum vero *Bimardus* per Milites Niliacos *Legionem Thebaeam* intelligi vellet, certissime somniavit, huius Legionis fabella dudum explosa a viro doctiss. *Ioh. Dubourdideo*, in *Dissertation sur le Martyre de la Legion Thebeénne*, *Amstel.* 1705. 8.

XLIV. 1. Cur *Bimardus* velut e schedis suis hanc Epigraphen miserit, incerta est ratio. Saltem vir egregius nosse debuisset, eamdem iam in *Grutero* LVII. 9. vbi tamen ENNIVS pro SENNIVS, & in *Sponii Historia Genevae*, Tom. IV. p. 39. sed noviss. lectam esse.

— 2. Supra XXX. 6. vitiose descriptus lapis, nunc integritati suae restitutus, e *Rubei Marmoribus Brixianis*, p. 88. Monere tamen lectores debuisset *Muratorius*, dudum apud *Gruter.* LVI. 10. & *Donium*, I. 77. accuratiorem extitisse, *Gorio* ibidem aut loci Gruteriani ignaro, aut immemore. apud vtrumque tamen leve discrimen nominis. Grutero est VETINVS ASSIANVS: *Donio*, VETINIVS ASIANVS. *Rubeus* pro V. S. L. M. habet V. S. S. M. quibus in siglis saepius labi descriptores aliunde constat.

— 4. *Histor. Genealog. dom. reg. Sabaudiae* Tom. I. p. 35. e schedis *Ficheti*, Jesuitae.

— 5. cuius hic tituli partem duntaxat priorem posuit *Romae*, eumdem postea CCCLVIII. 1. auctiorem, emendatioremque *Vinducassi* locavit. Malum hoc loco pedem intulit PROSPER cum esse debeat PRO SE ET. Quae vero hic adnotavit *Muratorius* vix vnius sunt assis.

— 6.

— 6. *Brouweri*, qui hic testis advocatur, locus in posteriori iam editione *Gruteri*, LV. 9. indicatus est. *Talliates* vero qui sint, bene docebit *Wesselingius*, ad *Antonini Itinerarium*, p. 218.

— 8. merae sunt dictionis argutiae, a simplicitate sanitateque titulorum veterum alienae. Saltem *Reinesii* ad I. 86. 87. p. 124. & *Fleetwoodi*, p. 25. iudicium dehortari eum debuisset, ne hanc Epigraphen spuriam rursus in memoriam revocaret.

— 10. *Le Memorie Bresciane*, p. 88.

XLV. 1. non *in Castri Novi templo* visitur *haud longe a Monspelio*, sed *prope Nemausum in Viridario* teste ipso *Maffeio*, in *Antiquitat. Gall. Epist.* XIV. p. 72. 73. locum tituli CCCLVI. 2. cum hoc neligenter permiscente Muratorio.

— 2. *Augustae Taurinorum* posuit *Guichenon. Histor. Geneal. Dom. Sabaud.* Tom. I. p. 58. In militarium classe recensuit *Gruterus*, DLXVIII. 11. & *Comi* posuit, exhibuitque C. VIRIVS non VALERIVS. Vtra lectio verior sit, quis nisi inspecto lapide, definiat?

— 3. in Museo Vindobonensi vidit *Maffeius*, vid. eius *Osservazioni Letterarie*, Tom. I. p. 179. n. 11. 12. quod ipse sane cognoscere potuisset *Muratorius*, si data opera libros antea consuluisset. Nam antea XLIII. 4. Musei vel *Bibliothecae Caesareae* & *Maffeii* meminerat. Attamen prior *Maffeio* in lucem eumdem emiserat *Raymundus Duellius*, in *Lucubratione Epistolari*, p. 16. n. IV. — Non alienum videtur titulum arae in *Rochester Northumberlandiae* erutae, & his literis signatae hunc adscribere:

MARTI . . . .

N 2 . . . . VIC.

VICTORI
VLIVS LI
IVS TRIB
V. S. L. M.

Christoph. Hunterus in *Transactionibus Philosophicis* Vol. XLIII. Num. 474. p. 160. varie dedicantis nomina interpretatur, mox *Iulius Livius*, mox LIBIVS, vel LICIVS, vel LIDIVS suspicatus, coniectura in plura adhuc nomina commutabili & versatili.

— 4. Ex eodem *Maffeio* l. l. recognosci poterat, cui ibidem praeiverat *Raymundus Duellius* l. l. p. 17. n. IIX.

— 5. *Petro* scilicet *Ioffredo* in *Historia Nicaeensi* c. V. p. 12. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. VI. Sed meminisse tamen debuerat, eumdem lapidem iam a *Grutero* LVIII. 5. *Sponio de ignotorum Deorum aris*, Tom. VII. *Thes. Ant. Graec.* p. 246. & III. *Misc.* p. 93. XLV. *Honorato Bouche*, *Historia Provinciae*, Tom. I. L. IV. c. 3. p. 283. & *Keyslero Antiq. Sept.* & *Celtic.* p. 445. relatum esse, non sine lectionis tamen varietate. *Grutero* dicitur RVTINVS, *Sponio* & *Bouchio* RVFINVS. Apud *Bouchium* non FIL. sed FEL. legitur, vnde suppleri posse puto FEL*ix*, tum apud *Spon.* & *Bouchium* non GAL. sed SAL. recte interpretatur *Sponius*: *Saliniensis Sextumvir*. Nec apud vtrumque CEMENAEI sed CEMENEL. commode! hoc est *Cemenelei*, vel *Cemenelensis*. Ita *Cl. Paternus Cemenelensis* ap. *Spon.* III. *Misc.* p. 104. LXXV. & *Fabrett.* IX. 168. & *Ordo Cemenelensis* ap. *Spon.* V. *Misc.* p. 163. ex *Bouchii Histor. Provinc.* T. I. L. III. c. 2. p. 121.

— 6. L 48. — 7.

— 7. Haud dubie idem eſt lapis, atque *Gruteri*, LIV. 5. *Barthii* e ſchedis *Iac. Beyellii*, in *Adverſar.* LII. 1. & *Reineſii* I. 74. quamquam deſcriptorum culpa varius, vt a *Reineſio* ad eum locum obſervatum eſt.

— 8. Eamdem vidit *Gudius*, XXXV. 13. legitque corrupte ACNILLES.

— 9. Non ſatis mirari poſſum inobſervantiam hac in re *Muratorii* noſtri. Primum enim lapidem ab *Apiano*, *Inſcript. Veter.* CDXXIII. *Smetio*, XXV. 10. *Velſero* in *Monumentis Auguſtanis* fol. 4. ſive p. 366. *Operum* editionis, & *Grutero*, LI. 1. *Auguſtae Vindelicorum*, *Peutingerorumque* aedibus, magno conſenſu tributum, *Viennam Allobrogum*, exemplo fortaſſis *Alexandri Nigri Manilіani* in *Monumentis Bononienſibus* apud *Malvaſiam* in *Marmor. Felſineis* Sect. V. c. XIII. p. 273, deceptus, tranſire iubet: tum e ſchedis ſuis, quaſi antea incognitum, vulgare ſe potuiſſe credidit. Mox ſimili exemplo *Nigri* vers. 2 dat AETER. quaſi AETER*nae* ſint, cum in iisdem hominum eruditorum, quos modo laudavi, libris conſtanter legatur A TERGO, forte, quod elegans *Mercurii* imago lapidi *a tergo* adhaeſerat. Tandem *Aelium*, tantorum munerum participem, C. L. id eſt, *Caii Libertum* facit. Quanquam enim & *Smetius*, & *Niger*, AELIVS edunt, tamen non C. L. ſed CL. hoc eſt, CL*audium* nominant. Immo vero integritati ſuae ſic reſtitui debet: APPIVS CL*audius* LATERANVS, qui conſul fuit A. V. 949. (v. *Relandi Faſti*, p. 86. diciturque apud *Apianum*, *Smetium*, *Velſerum*, *Gruterum*, COS. DESIGN.

— 11. vnde tam miserat *Bimardus*? non profecto ex suis schedis, sed fortassis ex *Honorati Bouche Historia Provinciae* Tom. I. L. II. c. I. p. 55. vbi extat.

XLVI. 1. Hic *T. Appalius* idem esse videtur atque *T. Appaeus T. F. Vel. Alfinius Secundus*, apud *Gruter*. CCCLIX. 3. quoniam ibidem adnotatum est, *Ligorium* legisse *Appalio* & *Alfino*.

— 3. in *Marca Hispanica*, L. II. c. 15.

— 6. quomodo *e schedis Farnesiis* hanc prodire poterat, cum dudum ei lux parta sit a *Grutero* LII. 4. & *Rubeo*, in *Memoriis Brixianis*, p. 144. vtrobique CETRONIVS. Iactavit quoque hanc mercem in ara, cui insculptos esse fasces ait *Chevalier*, in *Description de la Chambre*, p. 14.

— 5. non modo non est ἀνέκδοτος, tradita quippe ab *Octavio Rubeo*, in *Memoriis Brixianis*, p. 144. sed diu quoque illata *Thesauro Gruteriano*, MLXVII. 11.

— 9. habet quoque *Gruterus*, MLXVII. 10. & laudatus modo ante *Rubeus*, p. 144.

— 10. pleniorem emendatioremque servat *Gruterianum* corpus, LI 4. (ex *Castillionio* de *Gallorum Insubr. Antiq. Sedibus*, p. 189. *Thes. Ital.* Tom. I. Part. 1.) recte ibi non CONSVLIS, sed CONSVL*Aris* legi approbat etiam *Codex* meus *Alciatinus*, p. CCLXX. male apud *Alexandrum Nigrum*, in *Malvasiae Marmoribus Felsineis* Sect. V. c. 13. p. 272. CONSVLO.

— 12. v. *Lucubratio Epistolaris* p. 28. n. II.

— 13. Ex *Saraynae Monumentis antiquis Veronae*, L. V. p. 61. 62. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. VII. dudum descripserat *Gruterus*, hoc dun-

duntaxat discrimine, vt hic *P. Licinius Gallienus* sine novissimi versus siglis, illic *P. Licinius Saturninus* P. S. F. h. e. *Pecunia Sua* Fecisse dicatur.

— 14. non *Ilernodori*, sed *Isarnodori*, de cuius vici nomine vetusto, templique Mercurio consecrati, reliquiis accurate disputat Auctor libri *de Religione Veterum Gallorum*, L. II. Tom. I. c. 20. p. 274. qui titulum eumdem ex *Guichenio* repetiit. neque is solus, sed etiam diu ante ex eiusdem *Sam. Guichenonii Historia Bressiae & Beugesiae* desumtum exhibet *Reinesius*, in *Appendice Omissorum*, XL. cui TVTELLVS idem est, qui *Tutilius*.

— 15. *Antiquit. Gall.* Epistol. XV. p. 75. omissis tamen, quod nollem, prioribus duobus versibus:

OPTATVS CASSIVS
OPTIONIS F.

idem *Masseius* repetiit in *Museo Veronensi*, CCCLXX. 5. beneque observavit, in lapidibus raro nomini cognomen anteponi. Attamen varia eius formae & iuncturae exempla passim in promtu sunt, vt *Iulianus Didius* in *Reinesii Appendice*, III.

XLVII. 2. p. 233. n. 14.

— 3. ibidem p. 143. B.

— 4 Vix divinare potuissem, quis ille esset *Caelestinus Cappuccinus*, nisi viam cognoscendi mihi *Donius* monstrasset, ex *Caelestini Historia* vt videtur, *Bergomate* eumdem lapidem suppeditans. I. 76. Etrusce autem scripta est: *Historia quadripartita di Bergomo*, in *Bergomo*, 1617. 4.

— 5. *Inscription. Selectarum*, p. 336.

— 6. haud dubie ex *Honor. Bouchei Histor. Provinciae*, Tom. I. L. II. c. 1. p. 54. descriptum.

— 7. apud *Gruterum*, vbi idem titulus, LII. 13. legitur, P. QVARTIVS. Sed *Codex* meus *Alciatinus*, vti Muratorianae schedae, QVRTIVS, recte!

— 10. MERQVRIO. Saepius Q. pro C. vid. Index *Scaligeranus* Gruteri, C. XIX. Sic HERQVLI pro Herculi, *Spon.* III. *Misc.* CI. p. 116. plura exempla *Gudius* ad III. *Phaedri* Fab. XII.

— 11. quasi *Octavius Rubeus* in *Marmor. Brixianis* non hunc pariter, atque proximum n. 12. ediderit, p. 143. A. & p. 144. I. Attamen ignorare non debuerat, quam hic n. 12. ex *Rubeo*, sua culpa vitio FILLII contaminatam, dat aram, eam subtilius designatam lineis iam occupasse *Gruterum*, LIII. 1. pro *Sastis* tamen *Satrios* offerentem.

— 13. Hanc votivam *Satrii* tabulam itidem apud *Gruterum*, LIII. 2. legimus, tametsi non sine nominum varietate, vt in *Periculo Animadv.* p. 24. indicavi. Apud *Laudensem* vero *vrbem* collocarunt *Donius*, in *Appendice Miscella Omissorum*, n. 10. & *Malvasia* in *Marmor. Felsin.* Sect. V. c. IX. p. 256. atque mirum, nihil ad *Donium* observasse de Grutero Gorium. Noster eamdem, quasi inauditam antea, ex schedis suis infra MCMLXXXI. 9. inuriliter recoxit.

XLVIII. 4. ex eodem *Paulo Gallerato* iam decerpserat *Donius*, I. 157.

— 7. *Historia di Trieste* L. II. c. 3. p. 113. vbi vers. 5. LEG. XIIII.

— 8.

—— 8. Quam hîc e ſchedis *Cattanei* commemorat, eamdem infra e *Maianſio* (*Epiſtolar.* L. III. p. m. 147. ed. *Valentinae*) fruſtra repetit MCMLXXXI. 8. & *Sagunti* ponit.

—— 9. Poteratne fieri, vt hanc arae picturam ex *Ligorio*, quaſi antea non viſam, in medium proferret, cum plenior iam DEI SANCTI elogio, apud *Sponium*, II. *Miſc* p. 43. n. 2. inprimis *Donium*, Tab. IV. ad p. 21. relata, & illuſtrata a *Gorio*, in *Prooemio*, XLIV. XLV. eſſet.

XLIX. 1. Huius lapidis imaginem videre licet apud *Montefalconem*, *Antiq. Explic.* Tom. I. L. III. p. 132. Tab. LXXVI. n. 5. & Tom. II. Part. II. L. V. c. 1. p. 425. Tab. 185. In neutro loco eſt HELAISSVS, ſed HEALISSVS. vti non modo ipſe marmoris inventor *Caureus* in literis ſuis, quarum excerpta vulgarunt auctores Ephemeridum Pariſienſium, (*Iournal des Savans* A. 1695. p. 534. *Extrait d'une lettre ecrite par Mr. du Caurroy, Docteur en Medecine*) item *Alliotus* in alia Epiſtola, (*Extrait d'une Lettre de D. Hyacinthe Alliot, Religieux Benedictin de la Congregation de S. Vannes*) ibidem edita A. 1696. p. 25. iſtud cognominis pinxit, ſed etiam Auctor Libri de *Religione Veterum Gallorum* Tom. I. L. II. c. XVII. ad p. 313. Tab. X. imitando reddidit.

—— 2. Itane auctor ſchedarum Ambroſianarum aram tranſtulit Aquileiam, quam *Zamoſcius* in *Analectis Lapidum vetuſtorum* c. 6. *Leunclavius*, in *Notis* ad *Dionem Caſſium*; L. LXVIII. p. 1040. *Gruterus*, LIII 15. *Carolus Datus*, apud *Gudium* XXXV. 5. in Dacia, vel Tranſilvania viſam eſſe

testantur. Aeque vitiosus est hoc loco LAVOLENVS atque apud *Gudium* l. l. legendum: IAVOLENVS emendatiori exemplo *Gruteri*.

— 3. non opus erat schedis *Guirani*, cum iam in editis esset *Gaill. Guirani*. vid. *Explicatio duorum Numismatum Nemaus.* in Tom. I. *Thesauri Antiquitatum Salengriani*, p. 1041. 1042.

— 4. *Histoire Genealogique de la Royale Maison de Savoye*, Tom. I. p. 30.

— 5. itidem iam reperitur apud *Guiranum*, loco, quem modo ante laudavi.

— 6. nunc in Museo Caesareo-Vindobonensi, ex Dacia advectus lapis. Idem videtur esse *Hermias*, qui antea XLIII. 4. MARTI AMICO ET CONSENTIENTI aram dicaverat, attamen ara diversa, vt apparet ex *Maffeii Observationibus Litterariis*, Tom. I. p. 179. n. 10. & p. 180. n. 14.

— 7. cuius arae ex eadem *Martini Meurissii* non *Maurissi*, *Historia Metensi* desumtam imaginem nobis conspiciendam praebuit *Montefalco*, in *Antiq. Explic. Supplemento*, Tomo II. Tab. XXXII. b. n. 4.

— 8. Extat iam Metis reperta apud *Gruterum*, LV. 1. exscripsit quoque *Dionysius Vossius*, ad *Caesar*. VI. *Bell. Gall.* 17. p. 307. ed. *Oudendorp.*, quem vide, nec non ex eodem *Meurissio Montefalco*, loco laudato, Tab. XXXII. b. n. 5. Toties autem a viris doctis recognitam quid intererat, eamdem infra, tamquam *Pisauri*, *apud nobiles Passaros* custoditam, rursus inculcare? MCMLXXXI. 7.

— 9. *Memorie Bresciane*, p. 143. vbi post

vers.

vers. 4. ET NEMO VALERIVS SACROR. CVRAT.

— 10. Romae iam in *hortis Quirin. Pontificis* viderat & descripserat *Gudius* XXXVI. 6.

— 11. *Histoire Genealogique de la Royale Maison de Savoye*, Tom. I. p. 30. qui satis corrupte interdum lapidum titulos retulit.

L. 1. *Antiquit. Gall.* Epist. V. p. 29. Doctissimus Abbas *Taurinus*, (*Le Beuf*) in Sylloge variarum Disputationum, (*Recueil de divers Ecrits*, *Paris* 1738. 8.) Tom. II. p. 274. auctor est, hanc aram ab Abbate *Nicaesio* inter oppida *Dijon* & *Langres* à Villey, repertam & illustratam fuisse in singularibus schedis apud *Buzierium* servatis. Legit autem vers. 2. ARNALYAE vers. 5. CN. PVBLIVS LVCCEIVS & vers. 6. plene DECVRIO.

— 3. *In ruderibus veteris ad Lutharim castri, cui S. Remigio nomen prope Weissenburgum Alsatiae oppidum.* Ita locum designavit *Io. Dan. Schoepflinus*, eius arae postea dominus, quam etiam depingi curavit in *Alsatiae illustratae* Tomo I. p. 436. 437. Tab. I. n. 3. atque sic veriori typo convenienter interpretatus est: *In honorem Domus Divinae Deo Mercurio Aedem Aram Attianus Magissus, & Magissius Hibernus Camilla* (Tribu) *Legionis XXII. Primigeniae Piae Felicis.* Quamquam *Camilla* vel *Camilia* tribus exemplis lapidum non caret, tamen nescio an huic loco aptior sit *Muratorii Campidoctor*, vel, vt suspicor, CA*ligatus* i. e. Miles.

— 6. Nollem, qui misit, *Bimardus* toties suos fontes, vnde marmorum titulos hauserat,

dis-

diſſimulaſſet: ſic nunc certiores facti eſſemus, ipſene viderit lapidem, an aliorum exempla ſecutus ſit. Tentabo an lectionis veriſimilitudinem indagare poſſim. Tabula haec in Lingonibus reperta olim *Remis* in aedibus *Colini* viſa & deſcripta eſt a *Rouſſato*, e cuius ſchedis a *Grutero* L. 9. edita fuit, his verbis:

DEO MERCVRIO ET POS
TVERTE

vti etiam a *Fleetwoodo*, p. 28. Poſtea in Muſeum *Pauli Petavii*, Francorum curiae Senatoris, Pariſios tranſiiſſe videtur, in cuius *Antiquariae Supellectilis Portiunculae*, *Pariſiis* 1610. fol. editae, Tabula, ſi numeres, IX. legitur:

DEO MERCVRIO ET ROS
MERTE

vnde eam, quaſi diverſam, ſigillatim infra *Muratorius* CVIII. 1. male recenſuit, cum certiſſime & nomen dedicantis, & ſigna Mercurii, Mulierisque, eamdem eſſe atque hanc, declarent. Tum e ſchedis *Charleti*, neſcio quam fidelibus, depromſit *Montefalco*, *Antiquit. Explic.* Tom. I. Tab. LXXVI. n. 4. ad p. 132. hac eam formula, quaſi nihil dubitationis ſupereſſet, inſignitam eſſe perhibens: DEO MERCVRIO
ET FORT VERTE

ſatisque audacter emendans FORT*unae re*VERTE*nti* pro VERTE*nti* quaſi C. Antius, mercator quidam, voto facto optaſſet, vt Fortuna ad ſe reverteretur. Quam eamdem lectionem non modo *Mabudelius*, in *Hiſtoria Acad. bonarum literarum Pariſ.* Tom. IX. p. 141. ed. *Pariſ.* probavit, *Fortunam vertentem*, pro *revertenti*, h.e. meliori, & reduce, ſumens, ſed etiam *Bimardus*

hoc

hoc loco, seu *Montefalconi*, seu *Mabudelio* assentiens imitatus est. Verumtamen scire debuerat *Bimardus*, hac omnes coniecturas & interpretationes Auctori *Religionis veterum Gallorum*, T. I. L. II. c. 18. p. 354. iure displicuisse, typumque *Gruterianum* verisimiliorem sibi videri, quam ceterorum. a qua sententia minime abhorreo, *Gruterianumque* & *Petavianum* exemplum non in magno equidem discrimine pono, quandoquidem literarum P. & R. facilis est permutatio, & M illud in ROSMERTE ex literarum TV commixtione nasci potuit. Vocabulo autem *Gruteriano* POSTVERTE respici existimaverim ad Deam parturientibus propitiam, adeoque Iunonis Lucinae non dissimilem, de qua *Ovid.* I. *Fastor.* 633. vbi Neapolis videatur, & *Gell.* XVI. *Noct. Att.* 16.

—— 7.=10. omnes hi lapides literari in *Cuperi Monumentis antiquis*, post *Harpocratem*, ad p. 183. Tab. A. B. C. BB. eleganter depicti cernuntur e Cimeliarchio tum *Heekerenii*, Comitatus Zutphaniensis Praefecti, in lucem prolati, in cuius viri nobilissimi domo gentilitia *Zutphaniae* etiamnunc extare videntur. Saltem aram, quae prima est, ibi vidit, denuoque descripsit *Cannegieterus*, in *Epistola* ad *Dorvilium*, p. 216. *Miscellan. Observat. Novar.* Tom. IV. & in *Epistola* ad *Comitem Lyndenium*, p. 5. recte ibi vers. 2. legens REGI SIVE FORTVNE pro REGI & FORTVNAE. SIVE loco τȣ Et usurpato. Ceteros vero lapides, vel vrnam sepulcralem, vel τυμβον, vel basin alicuiusstatuae formis suis & habitu referentes, vix a me impetrare possum, vt credam, ad

Mer-

Mercurium Deum, sed potius ad homiuem quemdam inter Gallos, Germanosue illustrem, seu MERCVRIVM seu MERCVRVM REGISO-*nem*, seu aliumMERCVRVM REGIS*onis* *Filium* pertinere. Quod etiam suspicari visus est *Cuperus*, l. l. p. 188. & secundum eum *Cannegieterus* in Epistola ad *Lyndenium*, p. 11. An vero siglae in quarto lapide n. 10. incisae A. G. V. M. ita explicari possint, & debeant, vt vult *Cuperus* ib. p. 122. *Animo Grato Vouit Merito* acutiores me viderint. Eadem saltem verisimilitudinis lege reddi etiam possint: *Amico Gratus Volens Merito.*

LI. 1. Incertum, ara, an signi basis hunc titulum praetulerit. In ara incisum esse auctor est *Gruterus*, LIII. 5. vbi iam antea lucem viderat: Mercurii signo *Begerus* subdidit in *Thesauro Palatino*, p. 16. n. 10. nisi forte huic simulacro idem fatum imperiti alicuius custodis cimeliarchii Comitis Palatini culpa obtigit, quale *Herculi Magusano*, in Domburgensibus Zeelandiae monumentis, contigisse, vt cum *Neptuni* signo perperam necteretur, in *Periculo* ad *Gruterum* p. 46. iam adnotavi. Speraveram, me certi quid ex *Marquardi Freberi Originibus Palatinis* cogniturum esse, quoniam *Cuperus* l. l. p. 187. scribit, *apud Freberum in Originibus Palatinis legi MERCVRIO.* Sed inspectis illis nullam huius arae mentionem factam esse reperi. Propterea *Gruteri* auctoritate standum esse existimo, praesertim cum addat, *in aedes translatam fuisse Marquardi Freberi*, e cuius literis & schedis, vt saepe alias, didicerat, *aram erutam inter*

Ror-

Rorbach & Kirchheimium, primo lapide ab Heidelberga. Signum illud Mercurii, *Bergerianum* Thesauri Palatini cuidam leviter intuenti idem videri possit atque Augustae Vindelicorum in aedibus olim *Peutingerorum* obvium, & ab *Apiano* CCCCXXII. *Velsero* in *Monumentis Augustae Vindelicorum* p. 109. & *Grutero* LI. 1. promulgatum, quoniam eadem vtrobique symbola, caduceus, pera, caper, gallus gallinaceus occurrunt. Attamen differunt icones & loco, & symbolorum statu. De sensu perae & galli gallinacei vid. interpretes ad *Fulgentii* I. *Mythol.* c. 21. & *Albricum* c. VI. Non autem legendum est h. l. MERCVRO, sed litera I capiti literae R imposita MERCVRO h. e. Mercurio, & vers. 2. TIberius MONIAnus, interprete *Grutero.*

— 2. Non opus est quicquam addere eleganter a *Dorvilio* animadversis ad *Charitonis* V. c. X. p. 491.=493. vbi simul intelligere volupe erit, quantum melliti *Grotii* versus a *Danielis Furlani*, Medici Aretini, apud *Gruterum* versione discrepent. Quis Ερμῆς Κεράνιος sit, vers. 11. declarabit *Reinesius*, ad I. 81. p. 118. 119.

— 3. Cubilia titulorum occultavit verius, quam aperuit. Equidem non nisi per tenebras cerno, respici forte ad *Petrum Mariam Campium*, auctorem *Historiae Ecclesiasticae Placentinae*, etrusce scriptae, & editae *Placentiae*, 1651. fol.

— 4. Vereor, ne in toto usquam *Marmorum Brixiensium* opere inveniatur.

— 5. *Histor. Genealog. Dom. Sabaud.* Tom. I. p. 53.

— 6.

— 6. prope Hispalim ponitur a *Rodrigo Caro*, *Antigued. de Sevilla* L. III. c. 78. p. 216. apud quem est vers. 3. CVR . . . VIAR. vers. 4. ILLPV. . . vers. 6. BIDVS & vers. 7. CVR. . . M.

LII. 1. Frustra schedas suas laudavit, cum ante oculos haberet exemplum *Donianum*, I. 13. vbi salva lectio est vers. 6. FABR. tametsi apud *Mutium Phoebonium Histor. Marsor.* L. I. c. 8. p. 26. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. IV. offeratur FRA.

— 3. Tab. IV. ad p. 21. n. IV. ad quam vid *Prooemium Gorii*, p. XLIX. vbi recte obseruavit vir doctiss. iam antea titulum absque Minervae Magarsidis icone & symbolis a *Reinesio* I. 129. occupatum esse e schedis *Holstenii*, qui tamen ipse postea in *Notis & Castigationibus* ad *Stephanum Byzantinum*, voc. Μαγαρσος p. 194. prodidit. Eius quoque meminit *Cuperus* in Appendice ad *Apotheosin Homeri*, p. 252.

— 5. ex eodem iam *Gallerato Donianis* inseruerat *Gorius*, I. 161.

— 6. *Marmor. Brixiensium* p. 72. E.

— 7. E *Caelestini Historia Bergomate* iam excerpserat *Donius* I. 75.

— 8. *Marmor. Brixianorum* p. 72. C.

— 9. miserat *Bimardus* dudum editam ab *Honorato Bouchеo*, in *Historia Provinciae*, Tom. I. L. II. c. 1. p. 60. & a duobus *Monachis* Benedictinis *Durando*, & *Martene*, in *Itinere Literario*, Tom. I. p. 286.

— 11. *Inscription. Florentinarum* Tom. I. p. 68. CLXXXX.

— 12. Recte cum apud *Gruterum*, l. l. tum in

in codice meo *Alciatino* CCXXX. & apud *Ioh. Chrysostomum Zanchum* de *Orobiorum Origine*, L. III. p. 838. Tom. III. Part. I. *Thesauri Ital.* Siglae illae D. M. in principio desunt. Sed *Malvasia* in *Marm.Felsineis* Sect. V. c. XXI. p. 353. & literis illis, & *Pomponii* nomine, schedis *Capponianis* h. l. praeivit.

LIII. 1. *Le Memorie Bresciane*, p. 235. n. 25.

— 3. abusus est otio & literis, cum schedas suas laudando persuadere conaretur lectoribus, antea inauditum esse titulum, quandoquidem iam *Donius*, I. 74. *Ioseph. Malatesta Garuffius*, in *Lucernis Lapidaribus*, c. I. p. 12. *Thesaur. Italiae*, Tom. VII. Parr. II. *Maffeius* in *Observationibus Literar.* Tom. IV. p. 356. n. 27. & auctor *Marmorum Ariminensium* (*Delle Antichità di Rimino, Libri due*,) n. 14. eamdem publicaverant, illique omnes, aliter distinctis versibus, constanter MINERVAI.

— 7. accurate depicta est ara in *Note overo Memorie del Museo del Conte Lodovico Moscardo*, *Veronae*, 1672. fol. p. 52. vbi MINERVAI & HYMNIS.

— 8. Ex eodem *Paulo Galerato* iam integriorem descripserat *Donius*, I. 155. in fine addens LIBERTATIS CAVSSA ad quem locum vid. *Gorium*.

— 10. in *Memoriis Brixianis*, p. 72. vbi non VALETIO sed VALENTIO, atque sic scribendum esse exemplum *Gruteri* LXXXI. 5. repetitae editionis demonstrat.

— 13. *Donius* quippe recensuit I. 163. *Bimardus* vero ex Auctore libri de *Religione veterum Gallorum* Tom. I. L. II. c. 39. p. 503.

 haud

haud dubie desumtum miserat. qui de *Minerva Belisana* egit.

LIV. 3. non proprie Graeca fuit inscriptio, sed de verbis latinis MINERVAE VRBIS CVSTODI apud *Cic.* pro *Domo*, 57. & XII. ad *Div.* Ep. XXV. reddita graece a *Plutarcho* in *Cicerone*, p 876. E. Inde *Fabrettus* sibi licere putavit Bibliothecae suae limen ita inscribere: MINERVAE CVSTODI. v. eum ad VI. XVII. p. 464.

— 6. Alioubi iam lucem viderat, veluti ap. *Iac. Philipp. Tomasinum* de *Donariis*, p. 181. auctores *Diarii Literatorum Veneti*, Tom. XXXVIII. Part. I. Art. V. p. 189. n. 10. vbi vers. 6. pro MOLIBVS, recte MOENIBVS, & in fine verba SIBI DICAVIT omissa, item sincerius, vt puto, in *Iob. Raynaldi*, comitis *Carlii Antichità di Capodistria*, p. 226. Tom. XXVIII. *Calogerae Opusculorum Scientific.* vbi, versibus alio modo digestis, vers. 2. T. ABIDIVS vers. 3. POST i. e. POST*umus*, & SVB-PRAEFECTVS, plene, & vers. 6. EXTRVCT. vti ap. *Tomasinum*.

— 7. *Don.* I. 105. Mirandum sane, *Gorium* nesciisse eumdem iam titulum prodiisse opera *Ruperti*, in eius Epistola ad *Rein.* XXXIV. p. 271. *Reinesium*que non pauca lectu digna ad eum observasse, quae repetita sunt ex parte ad *Reines.* I. 97. ibi tamen legitur C. ANNIVS NEPTVNI DIALIS.

LV. 1. Celeiae eruta primum in pariete extremo Capucinorum locum habuit, teste *Duellio* in *Lucubrat Epistol.* p. 10. n. XV. tum Viennam translata non effugit oculos *Maffei* in *Obser-*

va-

vation. Literar. Tom. I. p. 178. n. 9. vtinam hic relata memoriam *Muratorii* non effugisset, impediissetque, quo minus infra MXXXVIII. 4. e schedis *Bimardi* iterum prodire iuberetur.

— 2. de *Donariis*, p. 181. Atqui vero dudum, neque semel, illata erat Corpori *Gruteriano*, primum LXI. 6. vbi certissime redundare videntur literae singulares N. H. V. N. AVG. ex superiori quippe formula NEPTVN. AVG. adsutae, iterum CXII. 9. omissis superiori in loco verbis NEPTVNO AVG. infraque frustra rursus appositis Siglis: N. H. V. N. & tertium, CXV. 8. praetermisso tamen, cui sacra erat ara, Deo NEPTVNO AVG. Neque post *Gruterum*, *Tomasinum*que a sua *Marmorum Brixianorum* Sylloge abesse voluit *Octavius Rubeus*, p. 173.

— 3. Tab. VII. n. III. p. 43. sine pictura tamen Neptuni & Nereidum iam ex *Holstenianis* cognitum fuisse titulum *Reinesio* I. 100. ignoravit cum *Gorius*, tum *Muratorius*.

— Tab. V. n. 1. p. 29. Si Praefationem *Gorii* p. L. inspexisset *Muratorius*, facile discere potuisset arae inscriptionem iam a *Grutero* sine anaglyphicis figuris fuisse occupatam, LXII. 5. Anaglyphorum tamen vicem eleganti verborum pictura, a *Grutero* etiam repetita, praestitit *Smetius* XXVI. 11. Vitiose descriptam, vt haud raro solet, dedit *I. Breval Remarks, on Several Parts of Europe*, Tom. II. p. 234. neque literarum intererat eamdem infra ex *Ligorio*, quasi non editam, repeti CMLXXXII. 1.

— 5. Inconsultum erat, e schedis promere

titulum, quem dudum servatis lacunis incorruptius exscripserat *Pighius*, apud *Smetium*, XXVI. 12. & ex eo *Gruterus* LXII. 6. item G. *Gualtherus*, in *Tabulis* f. *Inscriptionibus antiquis Siciliae & vicinarum ei regionum*, Tom. VII. *Thesauri Siculi*, p. 903. n. 404. eadem forma vti apud *Smetium*, & *Gruterum*:

NEPTVNO
SACRVM
. . . .
. . . .
. . . .
VOTVM IN SICVLO FRETO
SVSCEPTVM SOLVIT.

—— 6. cum non paucos subinde titulorum velut rivulos ex fonte *Transactionum Philosophicarum* in suos manare hortulos iusserit *Muratorius*, mirum videri possit, cur hoc loco, illis neglectis, non satis sincerum *Bimardi* exemplum asciverit. Legitur autem in Vol. XXXI. ad A. 1723. n. 379. Art. 1. (*An Account of a Roman Inscription, found at Chichester by Roger Gale*, Esq. F. R. S. p. 391.) pluriumque ibi verborum fragmenta occurrunt, quae *Bimardus* vel ex *Galei*, vel suo ingenio supplevit. Atque huius quidem Dedicationis ea fuit, insertis quippe *Galei* supplementis, forma:

*n*EPTVNO ET MINERVAE
TEMPLVM
*pr*O SALVTE DO*mus* DIVINAE
ex AVCTORITA*te Tib.* CLAVD*ii*
C*o*GIDVBNI R.*egis* LEG*ati* AVG*usti* IN
BRIT*annia*

Col

ColleGIVM FABRORum & QVI.IN EO
a sacris f. Honorari sunt, De Suo *Dedicaverunt*
DONANTE AREAM
*Pud*ENTE PVDENTINI FIL.

eamdem imitatus est *Iohannes Horslaeus*, in *Britanniae Romanae* Tabula 76. ad p. 192. atque *Galei* Diatriben, cum *Io. Wardii* Rescriptis ibidem a p. 332.=338. repetiit. Ab hoc vero exemplari differt exemplum *Eduardi Baylii* in Epistola de hac inscriptione, Appendici Praefationis ad *Adami de Domerham Historiam de rebus gestis Glastoniensibus a Thoma Hearnio* curatam, *Londini* 1727. 8. inserta, vbi *Baylius* significat *Galei* lectionem, vers. 5. literarum ductibus in marmore non respondere, ideoque legendum esse censet: *et Co*GIDVBNI R*egis m*AGN*ae* BRIT*anniae*. admodum inconsulte & temere! ne quid gravius dicam, cognomine *Magnae Britanniae* recentioribus demum temporibus orto, intuitu Britanniae Francicae. Quoniam vero id insolens esse videtur, aliquem simul Regem, & Legatum Augusti dici, *Wesselingius* ad *Antonini Itiner*. p. 478. negavit, litera illa R. *Regem* denotari, sed *Regnum* indicari, sive potius *Regnensem*, oppido quippe *Regno* ortum. coniectura nimis recondita, longeque arcessita! praesertim in tanta oppidi *Regnorum* obscuritate. Eadem divinandi libertate intelligere licuerit munus *Rectoris*, aut *Rationatoris*, exemplo *Reinesii*, I. 53. aut *Rationalis*, apud nostrum *Muratorium*, CCLXVII. 3.

LVI. 2. Non legitimus profecto *Actorum Lipsiensium* fons esse potest, sed illius libri, cuius

censuram illorum auctores egerunt. Suspicor fuisse *Duellii Excerpta Historico-Genealogica*, L. II, Part. II. p. 310. vbi accuratius descriptus est titulus. Mihi tamen dubiae antiquitatis esse videtur.

— 3. Quo Metamorphoseos portento hic lapis *Romae* collocari poterat, qui inventus *Etlingae*, & *iussu Maximiliani Caesaris translatus erat Weissenburgum?* vt ipse *Boissardus* in schedis suis adnotaverat, vnde *Montefalco* eius picturam depromsit, in *Supplemento Antiq. Explic.* Tom. I. L. II. Tab. XXIV. p. 67. c. 6. Sed quid rursus attinebat, aram literatam toties ab hominibus eruditis, *Apiano*, CCCCLVI. *Grutero*, LXII. 4. *Barthio*, LII. *Adversar.* c. I, p. 2429. *Fleetwoodo*, p. 35. n. 1. vel pictam vel bene descriptam ruminare: *I. D. Schoepflinii* erat, quoniam in monumentis Alsatiae & vicinarum ei regionum plenius describendis versabatur, eamdem & eleganti pictura & animadversionibus retractare, quibus etiam *suspicionis Muratorianae* scrupulum eximere visus est in *Alsatiae illustratae*, Tom. I. p. 490—493. Tab. IX. n. 11.

— 4 Eadem iam extitit in *Cyriaci Epigrammatibus*, p. XXXII. n. 213.

— 5. Per *Historiam Ferrariensem* satis obscure indicatam haud dubie intellexit *Alphonsi Cagnacini Fragmentum Historicum Antiquitat. vrbis Ferrariae*, p. 14. *Thes. Italiae* Tom. VII. Part. I. vbi legitur. Valde sui immemor fuit *Muratorius*, cum eamdem aram infra CMLVII, 6. praeter rem in theatrum suum reduceret.

LVII.

LVII. 1. Claff. I. 79.

— 2. *Veteri* quippe *Latio Profano*, L. II. c. 3. p. 20.

— 3. Haec omnia nota fuiffe *Maffeio*, fcilicet prolatum primo hoc Epigramma ab *Ariftotele*, vel auctore incerto libri περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, p. 1165. A. *oper*. Tom. I. ed. *Duvalian*. varieque tentatum effe a *Salmafio*, & *Ifaac Voffio*, in eius *Notis* ad *Scylacis Caryandenfis Periplum*, p. 4. 5. & in *Obfervationibus* ad *Pompon. Melam*, L. III. c. VI. tum a *Buhierio* in *Antiquitat. Galliae*, p. m. 178.=185. minime dubito, vel fic tamen in *Arte Critica Lapidaria*, L. II. c. I. p. 23. id ipfum *obfcurioris* & *vitiatae lectionis* effe, nec *ad Herculis aetatem referri* poffe iudicavit.

— 4. in *Appendice Mifcellor*. p. 555. n. 6.

— 8. haud dubie ex *Franc. Barbarani Hiftoria Ecclefiaftica Vicentina*. Sed hoc titulo, & animadverfione Muratorii fuperfedere poterant, quotquot norunt, occupatum iam a *Reinefio*, I. 89. *Fabretto*, X. 359. & *Gudio*, XL. 1. pulchreque a *Reinefio*, in *Epiftol*. ad *Rupertum*, XXXV. p. 252=262. & in *Syntagmate*, p. 124=126. illuftratum fuiffe.

— 9. iam ex fchedis *Barberinis* in lucem protraxit *Spon*. VIII. p. 273. vt in *Periculo* iam indicavi. vers. 2. legendum eft AEGLVS.

LVIII. 1. & quidem *Infcriptionibus Dalmaticis* eius, in *Thefauro Siculo*, Tom. XIV. p. 37. n. 27.

— 3. de *Donariis*, c. X. p. 99. Memini aliquando me legere apud *Reinefium* Epiftol. L. ad *Rupertum*, p. 459. fallere *Tomafinum*, qui

visam aliquando tamquam numquam visam & a nemine vulgatam producit . . . . debuitque scire, jam ante vulgatam esse, ne actum ageret, quid igitur iudicandum est de *Muratorio*, qui ex *Tomasino*, itidem factae iam editionis, immemore, titulum repetens non animadverterat, eumdem lapidem iam e *Pighianis* prodiisse apud *Gruter.* MCXIX. 1.

— 4. vetus ara in angulo privatae domus, v. eius *Scti de Bacchanalibus Explicatio*, p. 883. Tom. I. *Supplementi* Thesaurorum *Poleniani*, vel p. 207. Tom VII. *Livii Drakenborchiani.*

— 7. Etsi apud *Gruterum*, ipso *Muratorio* indice, legebatur, tamen renovatione dignus videbatur, vtpote duobus nunc versibus auctior, vtinam vero infra MXXXVII. 1. noster meminisset, se eiusdem *P. Porcii Quirina Victoris Cartimitani* titulum hic VENERIS AVG. illic MARTIS AVG velut capite insignem, vxoris vero nomine destitutum, antea iam & quidem hoc loco occupatum fuisse. cuius alterius typi ope novissima verba sic interpretor: *Huic Dono heres vicesimae* (hereditatum) NOMine (N. in M. mutata litera) DEDVXIT EPVLum. forte incisum erat EPVL. quod descriptor dilataverat.

— 8. in *Dissertatione Epistolari* de *Thermis Herculanis nuper in Dacia detectis*, p. 22, ed. *Traject.* 1745. 4, corrigendus hic est numerus *Gruterianus*, non CLVI. sed CXXVI, quem *Caryophilus* praeivit.

— 9. vt antea non editum e *Ligorio* profert, quem inscio etiam *Gorio Inscript. Florentin.* Tom. II. p. 341. dudum *Smetius* XXVI.

4.

4. & *Gruterus* LIX. 10. inſpiciendum obtulerunt.

—— 10. vid. eius Diſſertatio de *villa Tiburtina* in Diſputationibus Academiae Cortonenſis, Tom. II. Diſſ. IX. p. 157. adde eiusdem *Vulpii* Epiſtolam Etruſcam *ſuper C Inſcriptionibus* apud *Calogeram* in *Variis Opuſculis*, Tom. XIX. p. 125. n. 19. Si ipſi *ſuſpecta* videbatur *Inſcriptio*, cui iudicio intercedere nolim, quid erat, cur operae pretium eſſe putaret, eamdem iterum legi infra MCMLXXXII. 1.

—— 11. Hanc pluribus exagitare non eſt opus, quam *Dorvilius* in *Animadverſionibus* ad *Charitonem*, p. 519. iam ludibrio habuit.

LIX. 2. Claſſ. I. 132.

—— 3. *Lucubrationis Epiſtolaris*, p. 28. n. 1.

—— 5. deſcriptum ſane dedit *Montefalco*, in *Supplement. Antiquit. Explic.* Tom. I. L. III. c. I. p. 78. & ex eo *Petrus Polidorus* in *Coniectura* in *poſtremum verſum Epitaphii S. Flavii Clementis*, p. 482. Tom. XII. *Calogerae Opuſculorum*, vbi literae E bicornis lunae ſimulacro pinguntur. quae hemicyclica ſpecies, etſi *Lupo* in *Diſſertatione ad Severae Martyris Epitaphium*, p. 152. antiquitatis haud fallax eſſe videatur index, tamen huius tituli fidem propter iuncturae peregrinitatem non perſuadet.

—— 6. *Marmorum Brixianorum*, p. 180. fierine poterat, vt neſciret apud *Gruterum* MLXIX. 6. emendatiorem legi?

—— 7. *Antiquitat. Hortae* L. I. c. 6. p. 110. ed. *Rom.* 1723. 4. vel p. 43. *Theſ. Ital.* Tom. VIII. P. III. itidem minus plena apud *Sponium*, l. in *Peric.* laudato, atque apud *Gruterum*.

— 8. saepe miratus sum Musei Kircheriani lapides e schedis *Scarmaglianis*, tamquam minus antea notos, dari potuisse, cum hic etiam praesto fuerit in editis *Musei* a *Philippo Bonanno* descripti, Class. II. p. 64. ne quid dicam de aliis, qui eiusdem arae memoriam servarunt, *Gud.* XL. 3. *Gorius Inscriptionum Florentin.* Tom. III. p. 111. *Ficoronius*, in libro de talis lusoriis, (*I. Tali & altri Strumenti Lusori*;) p. 101. item *Gregorius Redi*, de *Diis adhaerentibus*, in Sylloge *Commentariorum Academiae Cortonensis*, p. 113. non vbique tamen apud omnes constanti nominis *M. Rabulii* lectione. ap. Bonannum, & Ficoronium, vti hoc loco, *M. Rabulius Birulius* apud *Gudium* & *Gorium*, *M. Rabutius Birutius*, apud Redium vero *M. Rabutius Birullus*. Nusquam tamen inconstantiae varietas in STATAE MATRI. vana igitur obseruatio *Muratorii* fuit infra CCXCVII. 6. dubitantis scribendumne esset STATAE, an STATIAE MATRI.

LX. 1. & quidem disputatione *Iosephi Rocci Vulpii* de *villa Tiburtina Manlii Vopisci*, p. 176. qui ipse *Vulpius* eumdem recensuit titulum in *Veteri Latio Profano*, T. X. P. I. L. XVIII. c. IV. p. 151.

— 2. Class. I. 103.

— 3. ex eodem iam *Ligorii* fonte hauserat *Gudius*, XXXII. 3.

— 4. Hanc marmoream quantivis pretii tabulam primus vidit *Leo Allatius*, testibus eius *Animadversionibus* in *Antiquitatum Etruscarum Fragmenta*, §. XXXVII. p. 61. tum Apographum habuit *Peirescius*, auctore *Gassendo*, in eius vita L. V. p. m. 203. publicavit autem *Corn. Tollius*,

lius, ad *Palaephatum*, p. 211. vnde exemplum suum lacunis & vitiis passim inquinatum accepit *Reinesius* V. 12. variisque emendationibus castigatiorem publice reddidit, mox *Sponius* non minus deformatam mendis, latina tamen interpretatione quomodocunque illustravit, II. *Misc.* Art. X. p. 47=49. nostro Saeculo cum *Bern. Montefalco* e *Blanchiniani* aeris, radio scripti, exemplari spectandum praebuit, Tom. I. Part. II. *Antiquit. Explic.* ad p. 226. Tab. CXLI. tum e scriniis *Donii* longe cultiorem vna cum *Salvinii* interpretatione depromsit *Gorius* ad illius corpus, I. 98. quam h. l. iure imitatus est noster *Muratorius.* Verum ne sic quidem suum illi decoris pretium constitit, nisi ingenium & solertia *Eduard. Corsini* accessisset, quo auctore demum *Herculis quies & expiatio in eximio Marmore expressa* singularibus literis ad *Scipionem Maffeium* sine loco, die & consule datis, fol. declarata est. Equidem praecipuam duntaxat lectionum & coniecturarum varietatem hic annotare satis habeo, exemplum *Muratorianum* secutus: In columella dextrorsum vers. 6. . . . . AN *Rein. Spon. Corsin.* ΛΙΜΝΑΝ. vers. 7. pro ΙΘΗΚΕ *Spon.* & *Corsin.* ΕΣΧΗΣΕΝ. pro ΑΥΤΟΥΣ *Corsin.* ΑΥΛΟΥΣ, vers. 8. pro ΑΠΟΣΦΑΞΑΣ recte *Reines. Spon. Corsin.* ΑΠΟΦΡΑΞΑΣ. lacunam supplevit *Reines.* ΕΥΑΤΑΜΩΝ *Spon.* ΕΙΤΑ ΤΑΜΩΝ. vnde *Corsinus* ΕΙΤ' ΕΓΑΜΗΣΕ coniecit. vers. 11. pro . . . . ΥΠΑΚΟΥΣ *Corsin.* ΑΥΤΟΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ vers. 12. pro ΕΝΕΠΥΡΙΣΕ *Rein.* ΠΟΛΙΝ *Spon.* ΚΑΙ ΓΕ ΕΚΤΙΣΕ *Corsinus* ΚΑΙ ΚΙΟΝ. vers. 13. lacunam explet *Corsinus* ΩΚΗΣΕ. vers. 14. idem legit ΛΑΟΜΕΔΟΝΤΙ ΕΒΟΗΘΗΣΕ, vers. 15. ΘΥΓΑ-

ΤΕΡΑ

ΤΕΡΑ ΣΩΣΑΣ, vers. 16. ΠολιορκουμενΗΝ ὑπὸ ΚηλιΩΣ, vers. 17. ΑΠΕδωκε τέλη Δ', vers. 19 ΚλΙΣαμενος, vers. 22. pro . . . . . ΙΚΛΕΟΣ *Reinef.* ΟΙΚΑΣ ΟΣ *Corfin.* ΚΑΙ ΟΙΚΛΕΟΣ, vers. 25. poſt ΠΟΛΙΝ inſerit ex coniectura *Bimardus* in Not. Mſc. ad *Spon.* ΕΞΑΛΑΠΑΞΑΣ, vers. 27. . . ΛΩΝ *Corſin.* explet ΤΕΛΑΜΩΝΤΕ, vers. 54. *Spon.* ΠΗΛΕΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΥΙΟΥΣ *Bimardus* ΝΗΛΕΑ ex *Hygino* Fab. 31. Eodem modo *Corſinus*, vers. 56. pro ΔΟΡΥΑΛΩ . . . coniicit *Weſſelingius* ad *Diod. Sicul.* IV. 33. p. 279. n. 9. ΔΟΡΥΛΑΩΤΟΝ, itidem ſic *Corſinus*. vers. 58. poſt φονευσας ſupplet ibid. *Weſſelingius* ΤΥΝΔΑΡΕΩΝ, nec diſſimiliter *Corſinus* ΤΥΝΔΑΡΕΩ dandi caſu ſingulari. vers. 60. pro ΦΕΥΓΟΝΤΙ, Weſſelingio ibidem placet ΦΕΥΓΟΝΤΑ, ſed malim retinere prius. — —

In Columella Siniſtrorſum: vers. 7. pro ΠΙΝΟΝ, vitioſoque Reineſii ΑΙΜΟΝ & *Sponii* ΑΙ. ΝΟΝ, recte *Bimardus* in Notis Mſ. ΑΙΝΟΝ, Aenum vrbem, & ſic quoque Corſinus, vers. 15. non opus erat *Valckenario* v. c. mendoſum illud *Reineſii* ΑΒΑΠΡΟΥ corrigere, in *Annotation. Criticis in Loca quaedam Libror. Novi Foederis*, p. 331. cum emendate iam legeretur & in Doniano, & in Corſiniano exemplo. lin. 17. pro ΔΙ ΚΑΙ ΩΡΕΙΘΥΙΑΣ, quae ſenſum nullum habent, recte *Corſinus* ΔΙΚΑΙΟΤΑΙΣ, vers. 20. ΔΙΑΒΑΣ mutaverat *Weſſelingius* in *Diſſertatione Herodotea* c. III. p. 26. in ΕΛΑΣΑΣ. vers. 22. ΕΛΙΔΝΑ in ΕΧΙΔΝΑ it. vers. 22. & 23. Α . . . ΡΑ ΘΥΡΣΟΝ in ΑΓΑΘΥΡΣΟΝ, & vers. 23. ΣΚΥΘΙΑΝ in ΣΚΥΘΑΝ. Edito libro Cl. *Weſſelingium* monueram, eius emendationes praeter illud ΕΛΑΣΑΣ iam occupaſſe *Corſinum*, obtulique ſimul Epiſtolam eius co-

cognoſcendam: attamen tanti non videbar forte, vt nominarer ad *Herodotum* IV. p. 284. n. 24. hoc duntaxat indicio facto, *quod nunc comperio, Ed. Corſini, cuius eruditus in lapidem Commentarius extat.* Cum vituperat coniecturam, ΑΓΑΘΥΡΣΟΝ vers. 23. aitque in *Blanchinii* ſchedis eſſe ΑΡΑΣΑΤ . . . oculorum ſane acies eum fugit, vers. enim 20. legitur ΑΡΑΤ, vers 22. ΑΡΑΘΥΡΣΟΝ. Ceterum deſeruit ibi ſuum ΕΛΑΣΑΣ, legitque cum Donio & Corſino ΔΙΑΒΑΣ. vers. 29. poſt ἐξέβαλε cum *Reineſio, Sponio, Corſino* inſerendum ΚΑΙ. Quod reliquum eſt, praeſtat ſane totum *Corſini* exemplum cum *Doniano* committere, quam pauca attingere. Id ſolum praeterire non poſſum, *Epigramma* de laboribus Herculis, quod in baſi legitur, ſigillatim quoque, imperfectum tamen, a *Reineſio* vulgatum & emendatum IV. 11. a *Dacerio* ſimul principium verſus 7. voce ΘΡΗΙΚΙ' pro Θρηικιυς, & verſum 9. ita ſuppletum fuiſſe:

ΓΗΡΥΟΝ' ΕΚΤΕΙΝΕΝ ΚΑΙ ΒΟΥΣ ΑΓΕΛΑΙΑΣ ΕΛΑΥΝΕ

ad *Horat.* II. Od. XIV. 7. 8. maius tamen operae pretium feciſſe *Corſinum*, l. l. p. XXXX. & ſeq.

— 5. Attamen *Gorius* iam ad *Don.* I. 99. indicaverat, apud *Fabrettum* bis legi.

— 6. qui fieri poterat, vt neſciret, hoc Epigramma iam dudum proditum eſſe literis? a *Smetio* XXIII. 14. *Pigbio*, in Praefatione ad *Herculem Prodicium*, p. m. 16. cum ipſa Herculis imagine, *Grutero*, XLV. 1. & *Iob. Fabro*,

bro, in Commentar. ad *Fulvii Vrsini Imaginei*, p. 43. quantumvis ab *Holtheno* in *Indice Carminum graecorum* immerito praetermissum esset.

— 7. 8. 9. inspiciantur *Marmora Brixiana*, p. 233. n. 13. p. 234. n. 22. & p. 25. B.

— 10. idem lapis iam notus fuit *Reinesio*, I. 70. Cui vno nomine LARTIVS legendum esse videbatur.

LXI. 1. saepius *Maurissum* nominat, qui *Martinus Meurissius* est, Episcopus Madaurensis, ex cuius *Historia Episcoporum Metensium* (*Histoire des Eveques de Metz*, *à Metz* 1634. fol.) eamdem aram vno versu pleniorem depingi iusserat *Montefalco*, in *Supplemento Antiq. Explic.* Tom. II. ad L. V. c. 7. p. 121. Tab. XXXII. b. 3. eum vero pariter atque nostrum Muratorium latuerat, olim a *Boissardo* acceptam *Gruterum* iam publicasse VI. 2. Cf. *Io. Dan. Schoepflini Alsatiae illustratae*, Tom. I. p. 471.

— 2. Ex *Corsignani* fortassis libro de *Viris illustribus Marsorum.* vers. 2. intelligi debent *Milites Africani. Mutius Phoebonius* in *Historiae Marsorum*, L. I. c. IV. p. 10. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. IV. mirificam quandam *dedicationem apricorum Herculi tutelari factam* hoc titulo significari somniavit, cuius παρερμηνείας gratia recte notatus est a *Burmanno* in Praefatione ad *Tom. IX. Thes. Ital.* p. (14.).

— 3. Hic *Fabius Pontanus* haud dubie est auctor Antiquitatis oppidi Fulginiensis, *Discorso di Fabio Pontano sopra l'antichità della città di Foligno*, in *Perugia*, 1618. 4.

— 5. in *Appendice*: *Miscella Omissorum*, n. 8. cuius tamem tituli memoria supersedere potuis-

tuiſſet *Muratorius*, ſi aut *Gorius*, aut ipſe meminiſſet iam prolatum eſſe a *Grutero*, XLIII. 9: Nominis tamen & cognominis non vna eſt ſcriptura. Euphemus *Apiano*, XXX. Euphemius *Grutero*, Eufemus in *Alciatino* codice meo, & *Donio*. Lucullius *Apiano*, in *Alciatino*, & in *Adverſariis Scaligeri* Mſc. Biblioth. Lugd. p. 51. n. 60. vbi etiam non *Laude Pompeia*, ſed *Mediolani* in aede D. Ambroſii locatur.

—— 6. eadem inſcriptio, quae *Apiani*, p. XXXI. & *Gruteri*, XLIII. 11. quamquam vtrobique omiſſum tribus OVF. nomen. *Gruterus* etiam nomen & cognomen pervertit, ibidemque mox n. 12. quaſi alius arae veram reſtituit ſeriem.

—— 8. neque minus haec Epigraphe, etſi aliter diſtincta verſibus, iam diu legebatur ap. *Gruterum*, XLVI. 3. in cuius corpore iam extitiſſe *Maffeius* quoque in *Obſervationibus Literariis*, Tom. I. p. 180. n. 15. memorare neglexit. E ſchedis inſuper *Weidenfelderi* exhibuit *Reimarus* in *Vita Fabricii*, p. 351. n. XII. & *Weidenfelderus* ipſe dedit in Epiſtola ad *Lacroſium*, p. 346. Tom. I. *Theſ. Lacroſiani*. Erat olim columella ex lapide alabaſtro in curia Mulenbacenſi.

—— 9. Fuit iam emendatior & auctior in *Mazochii Epigrammatibus*, p. XX. n. 3. & ex *Smetio* XXIII. 5. apud *Gruter*. XLVII. 2. nec non in *Ioh. Antonii Caſtellionaei Antiquitat. Mediolan*. Sect. I. Faſc. I. p. 383. Tom. III. Part. I. *Theſ. Ital.*

—— 12. *Hiſtor. Genealog. Dom. Sabaud.* Tom. I. p. 55.

— 13. Non facile quis divinaverit, nisi indicetur, sumtum esse titulum vel ex Dissertatione IX. Tomi II. *Commentariorum Cortonensium*, p. 176. vel Epistola eius etrusce scripta super C Inscriptionibus, apud *Calogeram* in eius *Opusculis*, Tom. XIX. p. 124. n. 8. cuiusnam vero intererat, eamdem rursus legi infra MCMLXXXIII. 2?

— 15. vid. *Lucubrationem* eius *Epistolarem*, p. 29. n. 111.

LXII 2. in *Donii Appendice Miscella omissorum*, p. XXX. descriptus lapis exhibet TERENTIVS vers. 3. sed praestat TERTIVS.

— 8. *Memorie Bresciane*, p. 4. de corruptela adiuncti Apollinis *Arvalo*, pro *Arvali*, vide quae observavit *Burmannus* in *Praefat.* ad Tom. IV. *Thes. Ital.* p. [13.]. Eumdem quoque errorem, quem ibi *Burmannus* in *Rubeo* notavit, commisit quoque *Sponius*, III. *Miscell.* XCVIII. p. 115.

— 9. recte sane vers. 4. pro vitioso ΔΑΠΕΙΡΙΟΙ legitur apud *Fabrettum* X. 129. *Donium*, in *Appendice*, n. 1. & in Codice *Gudiano* Bibliothecae nostrae Traiectinae Msc. qui ignoratur esse *Gudii*, p. CCXV. ΠΑΠΕΙΡΙΟΙ.

— 10. *Antiquit. Explic.* Tom. I. Part. II. L. I. c. 2. Tab. CXXIV. 4. p. 199. add. *Periculum* meum.

LXIII. 1. *Inscription. Selectar.* p. 336. offerunt quoque eamdem *Dominic. Barnabas Matthaeus*, *del antico Tusculo*, p. 107. ed. *Archetyp.* vel in *Memoriis Historicis antiqui Tusculi*, p. 41. Tom. VIII. Part. IV. *Thes. Ital.* & *Vulpius* in *Veteri Latio Profano*, Tom. VIII. L. XIV. c. 6. p. 173. omisso tamen cognomine *Stephani*.

— 2.

— 2. *Class.* I. 100.

— 3. *De Thermis Herculanis*, p. m. 31. ed. *Traiectinae*.

— Etiamnunc dubito, an vers. 2. legi debeat: IMPERATORI, postquam *Gudii* animadversionem ad *Gruteri*, XLIX. 2. alterius quippe editionis, ipsumque exemplum *Gudii*, XXXIV. 1. quod longe accuratius est, vidi, & cognovi. Immo vero maneat IN PETRA.

— 6. inventa A. 1635. cum Ecclesiae cathedralis fundamenta iacerentur, teste *Vghellio*, Tom. I. *Italiae Sacrae*, in *Tiburtinis Episcopis*, p. 1302. Extat quoque apud *Francisc. Martium* in *Historia Tiburtina*, L. II. p. 24. *Thes. Ital.* Tom. VIII. Part. IV. & *Vulpium*, in *Veteri Latio Profano*, Tom. X. Part. I. L. XVIII. c. IV. p. 155. n. XIX. qui Tibure ponit in domo Glariarum. Neutrubi legitur vers. 2. PVBLICANVS SER. Sed aut PVBLIANVS SCR. aut PVBLILIANVS SCR.

— 7. Qui modo ante *oscitantem Vghellium* nominaverat, vereor ne ipse possit oscitantiae accusari, Epigramma hoc Trochaicum ex *Ligorio*, quasi minus editum proferens, quod toties hominum eruditorum, *Mazochii*, *Epigram.* p. XX. *Pierii Valeriani*, ad *Virgilii* III. *Aen.* 64. *Apiani*, *Inscription. Vetustar.* p. CCXVII. *Petri Pithoei* in Epigrammatum & Poemat. veterum, L. I. p. m. 5., sive in *Anthologia Latina Burmanni*, L. I. Epigr. XXXIX. *Gruteri*, XLVII. 3. *Io. Baptist. Ferretii* in *Musis Lapidariis*, L. I. Memor. X. p. 24. & *Fleetwoodi*, p. 23. n. 6. calamum & ingenium exercuit. Frustra vero noster CAVTIVS, vel CAV-

TVS in C. AVTIVS, & PRO POTITIIS EVANDREO in PROPITIVS, ſcilicet *evaſeris*, commutavit.

—— 8. ne quis alius atque ego fatigetur quaerendo, vbinam *Graevius* eius meminerit, verbo duntaxat indicare libet, vulgatam ab eo fuiſſe in Praefatione ad *Theſauri Antiquitatum Rom.* Tom. X. haud dubie ex Collectaneis Gudianis, in quibus poſtea, XXXII. 5. locum invenit. Apage vero huius lapidis natale velut ſolum *Daciam*, cuius nullum in *Graevio* veſtigium. Immo Gudiana l. l. edunt *viam Sacram*, adeoque Romae vrbis. Si per *Daciam* extitiſſet, procul dubio a diligentiſſimo *Iohanne Troeſtero*, cuius *Veterem & Novam Daciam* habeo, commemorata fuiſſet. Neque *Poſuit* eſt in fine, ſed *ſolvit*.

LXIV. 1. in *Monumentis* poſt *Harpocratem*, p. 218. Deſcripſit quoque, etſi non integram, *Edmundus Chiſhullus*, in *Itinere per Turciam, Hungariam, Germaniam*, &c. (*Travels in Turkey and Bak to England*, *London* 1747. fol.) p. 162. plenam tamen *Cannegieterus*, exemplar *Cuperianum* ſecutus, in *Poſtumo*, c. XV. p. 158. Hic vero typus non eſt *Cuperianus*, ſed a Muratorio negligenter redditus. vers. 1. ſcribere non debuiſſet ASCVSANO ſed ACSVSANO vt *Cuperus*, *Chiſhull.* & *Cannegieterus*, quod etiam vitium animadvertit *Hagenbuchius* in *Novis Miſcell. Obſervat.* X.=XII. p. 366. tum VIHTIRMATIS nomini male intruſit literam E edens VIHETIRMATIS, invito *Cupero*. Per *Summum Magiſtratum Civitatis Batavorum*, vers. 5. & 6. intelligere voluit *Everard. Otto*, in Diſſertatione IX. *de Conſulibus extra Romam* c. II.

S.

§. 1.=6. p. 462.=474. nostrae veteris Traiectus Consules, propterea iure notatus est a Cl. *Drakenborchio* in cultissima Lectione Msc. de *Origine vrbis Traiectinae*, alteram quippe *Cuperi* interpretationem *Civitatis Batavorum*, non de *Noviomago*, sed de vniversitate reipublicae Batavae probans, adeo, vt *summus civitatis Batavorum magistratus* ipsi sit idem, qui summus rei publicae Praefectus.

— 2. *Antiquitatum Septentrional.* & *Celticarum*, p. 201. Fig. XI. (c.) *Bruxellis*, inquit *Muratorius*, *seu Westcapellae.* Itane eadem est Brabantiae vrbs *Bruxellae*, atque *Westcapella* Zeelandiae? Vel sic tamen fieri potuit, vt illa primum ara seu *Westcapellae* in Zeelandis, seu vt *Gudius* loco mox laudando, & *Menso Attingius* in *Notitia Germaniae inferioris*, Part. I. p. 31. in *Gelria*, *Cannegieterus* vero in *Britenburgo*, p. 90. & 147. item in *Postumo*, c. XIV. p. 155. in *Batavorum insula* reperta & visa, deinceps, vt fit saepe pro mirabili lapidum migratione, *Bruxellas* translata esset, & quidem in atrium Bibliothecae olim Collegii Iesuitarum, vbi non semel descripta est ab hominibus doctis, tamquam primum a *Marqu. Gudio*, testibus eius Observationibus ad hoc marmor, quas *Hesselius* edidit in *Praefationis Appendice* ad eius *Inscriptiones*, Stella 14. fol. 1. & 2. mox a *Cupero*, ex cuius schedis eamdem habuit *Iustus Fontaninus* de *Antiquitatibus Hortae*, L. I. c. VI. p. 112. vel p. 44. Tom. VIII. Part. III. *Thesaur. Ital.* tum a *Keyslero*, l. modo ante l. nec non a *Solierio*, Iesuita, apud *Martinium*, in Opere de *Religione Veterum Gallorum*, Tom.

II. L. III. c. VIII. p. 28. qui tamen *Martinius* in constituenda lectione vocis HAFVAE HAEVAE, alioque loco L. IV. c. XVIII. p. 85.=87. NAEVAE NEHAE, quasi *Nehalenniae*, inconstans est, & tandem a *Rich. Pocockio*, in *Antiq. Inscription.* p. 118. n. 11. Alii quoque ab aliis repetierunt, vt ex eodem *Keyslero Montefalco*, *Antiqu. Explic. Supplemento*, Tom. I. Tab. LIII. ad p. 142. ex *Montefalcone* vicissim *Herm. Vlricus Lingen* in *Operibus theotiscis*, Part. II. p. 68.=71. suis pro more coniecturis non admodum verisimilibus indulgens, & tandem Cl. *Henr. Cannegieterus* ex eorum schedis, qui Bruxellis eam in Iesuitarum coenobio viderant, l. l. In horum omnium exemplis non vna est lectionis varietas. Plurimum fidei tribuere ausim exemplo *Gudiano*. Vir doctissimus & sagacissimus *Eric. Hubertus ab Eldik*, in *Suspicionum Specimine*, c. V. p. 35. existimat, vers. 5. scribendum esse AMATA. Sed nescio, an sollicitari debeat cognomen theotiscum pro *Chamava* vsurpatum. vid. *Cannegieterus* l. l. qui in suis olim ad me frequenter datis literis promiserat, se multa de *Hercule Magusano* in suis *Domburgensibus* disputaturum esse. Ea vero vt tandem aliquando scriniis exire patiatur filius eius Cl. Hermannus *Cannegieterus*, etiam atque etiam rogo.

— 3. primus vulgavit *Fourmontius*, in *Historia Academ. Reg. Paris.* Tom. IX. p. 167. (*Sur une Inscription Grecque envoyée de Malte*) cuius ad hunc locum dicta *Bimardo* multum lucis & auxilii attulisse videntur. ΣΑΡΑΠΙΟΝ pro ΣΑΡΑΠΙΩΝ, & ἀρχηγέτει pro ἀρχηγέτῃ, vetusto scribendi more, de quo *Salmasius*, in *Duarum Inscrip-*

scriptionum Veterum Explicatione, p. 16. & *Wesselingius* in *Dissertatione Historico Critica de S. Pauli ad insulam Melitam naufragio*, p. 22. Eadem haec Inscriptio sine vlla ratione idonea redit infra, MCMLXXXII. 3.

— 6. Class. 1. 95. Recte quidem ait *Muratorius*, etiam *Spanhemium* dedisse, sed locum non indicavit. Edidit autem ex codice scripto *Duquesneliano* in Argumentis observationum (*Preuves des Remarques*) ad *Iuliani Caesares*, p. 81. vbi nulla necessitate coactus suppleverat, ΣΕΒαςῆς pro ΣΕΓαςῦ. Ita enim non subiisset censuram *Muratorii*, nescire se scribentis Augustarum esse κοσμοπλοκεῖ. Mirum vero *Gorium* nesciisse ad *Donium*, l. l. marmoris picturam reperiri apud *Gronovium*, Tom. I. *Thes. Antiqu. Graec.* fol. Aaaa.

— 7. de *Thermis Herculanis*, p. m. 29.

LXV. 4. multo corruptior est quam apud *Gruter.* XLVIII. 2.

— 5. itidem de *Thermis Herculanis*, p. m. 31.

— 6. immo vero in Mausoleo Bergendalensi prope Cliviam etiamnunc cernitur, toties literis consignata a *Cupero* in *Monumentis Antiquis post Harpocratem*, p. 228. *Altingio*, *Notit. Batav.* p. 32. qui lapidem ipsum vidit, & fideliter descripsit, *Keyslero*, *Antiq. Septentr. & Celt.* p. 191. 192. *Cannegietero*, in *Postumo*, c. XVII. p. 167. *Io. Dan. Schoepflino*, in *Alsatiae Illustratae Periodo Romana*, Tom. I. p. 441. & aliis, vers. 1. *Cuperus* legit SAXSANTO, male! a *Keyslero* & *Cannegietero*. iam notatus, incor-

ruptius SAXSANO *Alting. Cannegiet.* & *Schoepflin*, vers. 4. post MATVRVS inserunt *Cuperus* & *Cannegieterus* centurionis notam 7 invito exemplari; tum *Altingius* supplet *Legatum* LEG. cuius nullum est in lapide vestigium. Immo subintelligi commode potest *Miles* LEG. vers. 5. plane vitiosa est lectio *Bimardiana* PAP. ne quid dicam de aliis lectionibus PREF. *Cuperi*, PRP. *Keysleri* & *Martinii*, de *Religione Veterum Gallorum*, Tom. II. L. III. c. 9. p. 35. PRo Itineris Mscpti *Io. Aegidii Egmondani*, vnde interpretatio mox PREF*ecti*, mox PR*imipili* originem duxit: vnice sana est *Altingii*, *Cannegieteri*, & *Schoepflinii* PR. P. F. hoc est Legionis PR*imigeniae* P*iae* F*idelis*.

—— 8. in Prooemio *Gorii* ad p. LVIII. Tab. VII. n. 2. Primus vero omnium edidit *Io. Baptista Ferrarius*, Senensis Iesuita, in libro, cui titulus. *Hesperides, s. de Malorum aureorum cultura & vsu*, *Romae*, 1646. p. 27. tum ex eodem forte *Ferrario Donius*, l. l. mox e Codice *Duquesneliano*, *Ezech. Spanhemius*, in Argumentis obseruationum ad *Iuliani Caesares*, p. 108. praeterea *Gronovius*, Tom. I. *Thesauri Antiq. Graec.* fol. A a a a. & tandem ex *Donio*, *Ioh. de Vita* in *Thesauro Antiquitatum Beneventanarum*, Diss. II. c. I. p. 72. & in *Inscription. Beneventanis*, Class. I. 13. p. 111. Cum *Muratorius*, vers. 5. ΑΥΓὈΥΡ exhibeat, ipsum vero exemplar *Donii*, quod sequi videtur, & *Spanhemius* ΑΥΓΟΥϹ praeferat, inde *Spanhemius* ΑΠΕ. h. e. Απελευθερον, *Gorius* vero *Augustalem* sc. Coloniae Beneventanae supplendum esse iudicarit, quaeri possit, vtra verior lectio ΑΥΓΟΥΡ

an

an ΑΥΓΟΥϹ. Equidem ΑΥΓΟΥΡ malim cum *Gronovio*, & *Muratorio*, quam ΑΥΓΟΥϹ, quoniam par titulus latinus extat Beneventi:

HERCVLI
SERVATORI
P. IVNIVS
IANVARIVS
AVGVR
POSVIT

teste *Nicastro*, de *S. Ianuarii, Patria*, in *Giornale de Letterati*, Tom. VIII. Art. XII. p. 358. & *Neapoli*, apud *Maffeium*, in *Museo Veronensi*, p. CCCXLIX. 1.

LXVI. 2. Est sane operae pretium genuinas literarum formas in Vol. XXIII. ad A. 1702. Num. 278. Fig. a. b. c. tab. 2. ad p. 1129. intueri. Cf. *Periculum* meum ad h. l. & *A Letter from the Reverend Dr. Hugh Todd, Sub-Decan and Prebendary of Carlisse to Dr. Edmund Halley*, in *Transaction. Philosoph.* ad A. 1710. Vol. XXVII. Num. 330. III. p. 292. vbi haud probabiliter latine redditur: *Herculi Tyrio dona archisacerdotalia*, vel *per summum sacerdotem offerenda.* Longe sanius in *Io. Horslaei Britannia Romana*, L. II. c. 3. No. 35. n. CVI. *Herculi Tirrio* pro *Tyrio Diodora Princeps Sacerdos.*

— 4. v. *Lucubrat. Epistolaris*, p. 28. n. 111.

— 5. vix veniam habet eiusmodi αβλεψια, qua nobis rursus obtruditur titulus, antea iam saepius incorrupte in lucem prolatus a *Mazochio*, *Epigrammat.* VII. opistogr. *Apiano*, CCXVI. 2. *Smetio*, XXIII. 4. *Grutero*, XLIII. 7. *Pithoeo* in *Epigramm. & Poëm.* p. m. 6. indeque

in *Anthologia Latina Burmanni*, L. I. *Epigr.* XXXVI. *Ioh. Antonio Castellionaeo*, in *Antiquit. Mediolan.* Sect. I. Fasc. I. p. 382. Tom. III. Part. I. *Thes. Ital.* vbi initio additum HERCVLI SAC. *Gasp. Barthio*, LII. *Adverf.* c. I. p. 2423. vbi male *Venus Antistes*, *Sponio* II. *Misc.* Art. X. p. 50. apud quem tamen vitiose, vers. 2. *Pretor* legitur pro *Praetor. Ioh. Baptist. Ferretio*, L. I. *Memoria* VII. p. 21. & *Fleetwoodo*, p. 23. n. I. *Perpetuum* accipio de nomine. Cf. hic *Hultmannus*, de *Servis Binominibus*, p. 42. in Not. & *Hagenbuchius*, in Epimetro *Dissertationis de Servorum erga heros* Ευεργεσια, p. 25.

—— 6. Cur ex schedis suis promit, quam dudum recensuerat *Carolus Moronus?* in *Cyriaci Inscriptionibus*, p. XXXX. n. 258. 259. 260. vnde apparet, duas tresue inscriptiones in vnam forte conflatas esse, vt verisimiliter suspicatus est *Dorvilius*, in *Animadverf.* ad *Chariton.* p. 715. tum mihi videtur, vers. 3. legendum esse ΕΠΙ ΤΟΥ Μάρκυ, reiiciendamque insulsam versionem *Sub Tot Me*, neque ΔΕΞΙΜΧΟΥ, *Decimchi*, sed ΔΕΞΙΜΑΧΟΥ exemplo ipsius *Cyriaci*, & *Muratorii* infra DCCXX. 1. locum habere posse. In fine *Cyriaci* edita pro Β. offerunt ΓΒ.

—— 7. Haec Epigraphe ad Deorum forte classem non pertinet, sed ad templi cuiusdam locum Παρὰ τοῖς Διοσκύροις, *ad Castoris*, eodem modo, vti infra MDCCXXXV. 9. neque *Corinthi* a *Cyriaco* reperta est, sed in *Epiro* ad maritimum antrum in rupe incisa fuit teste ipso *Cyriaco* Inscript. p. XXI. n. 142.

LXVII.

LXVII. 1. Inventam Metis fuisse, A. 1700. sub muro vrbis diruto hortum publicum cingente, fidem faciunt schedae *Gallandii*, olim ad *Graevium* missae, quas inspexi.

— 2. *Append. Miscella Omissorum*, n. 2. sed antea iam è *Chifletii Vesontione* dederat *Reines.* I. 151. postea quoque *Breval Itiner.* Tom. I. p. 188. vid. ad h. l. *Hagenbuchius*, in *Epist. Epigr.* p. 612. — — Non inutile futurum fuisset, si *Muratorius* Dioscurorum monumentis nobile illud Anaglyphum Graecum, a Comite *Camillo Silvestrio*, *Lancisio*, inprimis *Blasio Caryophilo* illustratum, a *Io. Oliva* evulgatum, *Romae* 1720. 8. & a *Montefalcone* in *Supplemento Antiq. Explicat.* Tom. I. L. IV. c. IV. Tab. LXXIII. p. 190.= 198. repetitum addidisset. Ei inscriptum erat literis vncialibus: Αργενιδας Αριστογενιδα Διοσκοροις Ευχαν. *Argenidas Aristogenidae Filius Castori & Polluci Votum*, de quo etiam marmore Atestino v. *Acta Eruditor.* 1723. *Febr.* p. 98. — — Sic etiam duo aenea sigilla *Castoris* & *Pollucis* in Cimeliarchio *S. Mariae Traiectensis* superesse, eorumque imagunculas depingendas se curaturum esse *adiuncto commentariolo* promiserat *Hesselius*, in Praefationis *Appendice* ad *Gudii Inscriptiones*, Stell. 14. fol. 1.

— 5. *Apostolus Zeno* haud dubie nesciebat, iam ante a *Duellio* in *Lucubratione Epistolari*, p. 26. n. XXX. editam esse.

— 7. non meminerat quoque *Bimardus*, iam in *Sponii Miscellaneis* fuisse, vt adnotavi in *Periculo*. Idem quoque *Sponius* marmoribus Genevensibus inseruit in *Historia Genevensi*,

Tom. IV. p. 85. n. XLI. ed. recentioris: eiusdemque non oblitus est *Bochatus*, in *Memoires Antiques de la Suisse*, Tom. I. p. 315.

LXVIII. 1. Tom. I. p. 186. In his nominibus nihil sani.

— 4. Bis a *Donio* relata est, I. 112. & 167.

— 5. De *diis Aquileiensibus*, p. 301.

— 7. in *Appendice Miscella*, n. 6. Sed dudum integriorem *Mazochius Epigrammat.* CLXXVII. n. 4. & ex *Smetio*, XXVII. 9. habuit *Gruterus*, LXIII. 7.

— 9. *Historia Marsorum*, L. I. c. 10. p. 39. Tom. IX. Part. IV. *Thes. Ital.* & *Corsignani*, *Reggia Marsicana*, Tom. I. p. 72. Vidit quoque & descripsit *Gudius*, XLII. 5.

— 10. nunc est in atrio Bibliothecae Caesareae Vindobonensis antea iam promulgata a *Maffeio*, in *Observationibus Literariis*, Tom. I. p. 181. n. 16.

— 11. *Inscription. Florentin.* Tom. II. p. 53. vbi vers. 2. non VICTRICIVS sed VITRICIVS. ante *Gorium* vero edidit *Vghellus*, *Italiae Sacrae*, in *Senensibus Episcopis*, Tom. III. p. 524. qui in fine omisit VO. SOL. Apud *Gudium* vero XLIII. 1. 2. vbi eadem bis, M. VICTRICIVS occurrit, & in fine VO. SOL. L. M.

— 12. Class. I. 111. attamen eius iam memoriam servavit *Fabrettus*, X. 139. vbi non SACRVM SILVANO, sed SACRO SILVANO.

— 13. *Inscript. Flor.* Tom. I. p. 296. n. 25.

LXIX. 1. De *Diis Aquileiensibus*, n. V. p. 301.

— 4.

— 4. ibidem. vers. 4. *Turrius* AGATEMER discerpit, legens AGATE MatER. inani opera; retinendum omnino cognomen *Agathemer*.

— 5. e schedis, quasi ἀνεκδοτος esset, neque apud eumdem *Philipp. a Turre* l. l. extaret, qui plenius C. Rufi Anthi IIIIII viri TALLVS legit, vnde corrigas THALLVS prorsus vti diu ante ex corrupto *Apiani* CCCL. exemplo iam emendate protulit *Gruterus*, LXIV. 1.

— 7. Huius lapidis imago fidelibus subiecta est oculis in *Marmoribus Taurinensibus*, Tom. I. n. X. p. 119.

— 9. legendum sine dubio ΠΑΠΕΙΡΙΟΙ, vti supra LXII. 9. ad cuius imitationem factus est titulus latinus ap. *Fabrett*. X. 129. & in codice Gudiano Msc. Bibliothecae Traiectinae, p. CCXVII.

SILVANO
CVSTODI
PAPIRII

— 10. 11. Class. I. 114. & 110.

— 12. Exscripserat iam ediderat que *Ioh. Vignolius*, in *Inscription. Selectis*, p. 177. nec opus erat, eamdem infra CXXIII. 4. rursus commemorare.

LXX. 2. *Donius* quidem I. 108. emendatiorem, quam *Reinesius*, protulit, sed meminisse quoque *Muratorium* oportuisset *Gudii*, qui XLII. 2. non modo castigatiorem, sed etiam a tergo auctiorem habet.

— 4. Non tam *Montefalconis* in *Diar. Italico*, c. XII. p. 165. quod sincerius, quam *Donianum*, I. 109. secutus est exemplum. In Indice Nominum deest *T. Flavius Niceforus*.

— 5.

— 5. Iam nota erat e *Mazochio Epigramm.* p. CVIII. 6. & *Grutero*, LXV. 8. *Pricaeus* tamen in Notis ad *Apuleii Apologiam*, p. 129. legit NINIVS PHILENVS.

— 8. *Inscript. Selectar.* p. 179.

— 10. Alter versus disposuit *Donius*, I. 66. cuius nomen hic immerito praeteritum est. *Gorius* Siglas S. M. interpretatus est *Salutari Magno*, nescio an verisimiliter. M. enim litera *Marci* praenomen *Fulvii* denotare videtur.

LXXI. 1. Si ex *Donii* quoque fonte hausit (*Appendice Miscell.* n. 11.) cur LAVTIA, non PLAVTIA expressit? quod nomen etiam ex vitioso ILAVTIA *Gudii*, XLII. 10. lenissima emendatione procreari poterat. Interim emendatiorem dedit *Iohannes de Vita Inscriptionum Beneventanarum*, Class. I. 17. p. IV.

— 3. 4. vbi iam in prioribus *Sponii* & *Fabretti* corporibus legantur, indicabit *Periculum* meum: apud *Sponium* tamen, vers. 4. non SERVIANA, sed SERGIANA audit.

— 5. Si *Donium*, I. 17. inspexisset, non falsum & insolens illud nomen AELIDIVS, sed AVRELIVS probasset.

— 6. prope Monasterium, v. *Inscriptiones Aquileienses*, p. 396. n. 34. *Monumentor. Vet. Antii.* Sed in ipso *Turrio* pariter, atque apud *Bertoli*, Q. TES. SIGNIVS exhibetur. An Q. TES*pius* SIGNI*n*VS est, a *Signio*, Latii oppido?

— 8. v. Eiusdem *Turrii Inscriptiones Aquileienses*, p. 396. n. 35. vbi tamen non vna lectionis diversitas.

— 9. v. *Orsato Marmi Eruditi*, Epist. I. Vol. 2. p. 4. eamdem quoque iam descripsit & il-

illuſtravit *Spon. de ignotorum Deorum aris*, Tom. VII. *Theſ. Antiq. Graec.*, p. 248. & III. *Miſcellan.* n. LIII. p. 96.

LXXII. 1. *Don.* I. 30.

—— 2. *Marm. Brixianis*, p. 99. 100.

LXXIII. 1. alia collocatio verſuum in codice meo *Aloiatino*, quam etiam *Gruterus* olim ſecutus eſſe videtur, MX. 6. vnde *Reineſius*, vt puto, non *Gudius*, falſo alterius editionis *Gruterianae* indicio, cognomen ATRYPHAE non ad Iſidem, ſed ad feminam dedicantem, & in A deſinentem, ſive *Antiſtiam*, ſive *Arroniam* traxit, eamque TRYPHAE*nam* cognominavit.

—— 2. apud *Donium* vero I. 18. non Q. eſt ſed M. Ferrecidius.

—— 3. *Inſcription. Florentinar.* Tom. I. p. 81. cui etiam ſuam interpretationem debet noſter. Neuter tamen ſcivit, antea iam, etſi ſine lapidis pictura, paullo incorruptiorem ΧΡΕΣΤΗΙ pro χρηςῇ prodiiſſe apud *Spon. Itin.* Tom. II. p. 472.

—— 4. In Biſhoprick. v. *An Account of a Roman Monument, found in the Biſhoprik of Durham and of ſome Roman Antiquities at Torck, ſent in a Letter from Martin Liſter Eſqu.* in *Philoſophical Tranſactions*, A. 1683. No. 143. f. v. Tab. I. Id ipſum *Monumentum Romanum in Epiſcopatu Angliae Durhamenſi repertum, deſcriptumque a Martino Liſtero*, ex *Tranſactionibus Philoſophicis Anglicanis* repetierunt *Acta Eruditorum Lipſienſia*, 1683. *Octobri*, p. 460. ſequ. cum adiecta Epicriſi *Ioachimi Felleri*. Ab illo fideliſſimo *Liſteri* exemplari alia aliorum longe certioris fidei exempla,

quam

quam hic *Muratorii* typus, ſumta fuerunt, tanquam apud *Galeum*, in *Itinerario Antonini*, p. 9. *Keyſlerum*. in *Antiquitatib.. Septentrional.* & *Celticis*, p. 391. & *Horſlaeum*, in *Britannia Romana* ad L. II. c. 3. p. 287. Tab. 54. Omnes illa ſcripturae compendia accipiunt recte de *Dis Matribus pro Salute M. Aurelii Antonini Augusti Imperatoris Lubens Merito ob reditum.* Male contra *Fellerus*, de *Diis Patriis* & *Marte Britannico*, vti noſter de *Iſide Matre Bona*, quam tamen opinionem obliviosus noſter *Muratorius* infra CXI. 1. damnare videtur, eamdem non ex fonte *Tranſactionum*, ſed ex rivulis Actorum Lipſienſium reducens, explicansque *Dis Deabusque Matribus.*

— 5. Ex eodem iam *Mabillonio*, *Itineris Germanici Deſcriptione*, p. 101. ed. *Hamburg.* vel p. 16. Tomi IV. *Analectorum*, dederant *Fabrettus*, VI. 108. it. *Martinius* de *religione veterum Gallorum*, Tom. II. L. II. p. 134. c. 22. In *Iſidis* vero *Myrionymae* cognomine enodando praeeuntes ſibi habuit *Muratorius*, & *Iob. Marshamum*, in *Canone Chronico*, p. 137. & *Marqu. Gudium*, ad *Phaedri* III. *Fabul.* XIX. p. m. 274. *Mabillonii Serapin Expectatum*, vel *Expectatiſſimum* non valde probo. Quid ſi dedicantis *Expectati* eſt nomen?

— 6. Ex *Mutii Phoebonii Hiſtoria Marſorum*, L. I. c. 8. p. 26. *Theſ. Ital.* Tom. IX. Part. IV. vbi lapidis imago exhibetur. Sed iam verbis deſcripſit *Fabrettus*, V. 346. auctioremque nobis obtulit *Gudius* XXII. 9.

LXXIV. 1. pro CORMILA leg. haud dubie CORNELIA.

— 2.

— 2. *Inscript. Florentin.* Tom. II. p. 418. n. 38.

— 4. *Dissertation. ad Severae Martyris titulum*, p. 121. ab initio mutila, quam formam imitari debuisset *Muratorius*.

— 5. Class. I. 80. *plurimis mendis respersam hanc Inscriptionem* edidisse *Gruterum*, LXXXIV. 8. ait *Gorius*. Si lectionis varietas semper mendum est, *Donianum* certe *Gruteriano* praestat. Sed qui ipsum lapidem inspexerunt *Whelerus*, in *Itinere Dalmatico & Graeco*, Tom. I. p. 16. *Iac. Sponius*, in *Itinere*, Tom. I. p. 365. *Breval* in *Remarks on several Parts of Europe*, Tom. II. p. m. 120. inprimis *Maffeius*, in cuius *Musei Veronensis* velut peculium transierat, exemplum *Gruteri* accuratius esse contenderint. Nusquam certe, PRO SALVTE SCAPVLAE PVSILAE, sed SCAPVLI FILII SVI, neque P. QVINCTILIVS, sed P. QVINCTIVS reperitur.

— 6. vid. supra ad XXI. 3.

LXXV. 1. genuinam & sinceram huius marmoris editionem ex *G. I. de Bohn Inscriptionibus Graecis & Latinis* debemus *Erasmo Froelichio* in *Animadversionibus in quosdam Numos veteres vrbium*, *Viennae Austriae*, 1738. 8. p. 106. sequ. Tab. VI. vbi sane emendationes *Bohnianae* verisimiliores *Bimardianis*. In principio omissa hoc loco formula solennis est ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ.

— 2. *Marmor. Felsinea*, c. I. p. 9. n. 2.

LXXVI. 1. in *Observationibus Literariis*, Tom. I. p. 182. n. 19. attamen iam ex *Zamoscii*

ſcii Analectis Lapidum vetuſtorum, c. 8. & *Iac. Bongarſii Tranſilvanicis Inſcriptionibus*, (Appendice *ad Scriptores Rerum Hungaricarum*, p. 625.) *Gruterus* protulerat, vt in *Periculo* animadverti. *Raymundus Duellius* eam *Carolinae* viderat in *Lucubratione Epiſtolari*, p. 26. n. XXVIII. ſed ſine centuriae nota.

— 4. *Inſcription. Selectar.* p. 185. olim fuit *Neapoli* in Muſeo *Andreinio*, deinde ad *Gorium* tranſiit, qui obſervationibus illuſtratam exhibuit *Inſcriptionum Florentin.* Tom. I. p. 235. 236. & Tom. III. p. 104. ſequ. vbi quis *Servitor Deorum* ſit, ſcilicet curator fani, aedituus, veſtitor, ornator Deorum, oſtendit. Cf. quoque doctiſſ. *Bubierius* ad Marmora Brettana, (*Explication de quelques Marbres.*) p. 47.

— 5. *Lucernis Lapidariis*, c. I. p. 13. Tom. VII. Part. II. *Theſ. Ital.*

— 6. 9. *Memor. Brixian.* p. 184.

— 8. 12. Claſſ. I. 143. & *Claſſ.* VI. 23. Num. 8. interpretor de *Genio Loci*, cui opinioni argumento eſt alius lapis *Eboraci* in Anglia erutus cum titulo:

GENIO LOCI
FELICITER.

qui extat in *Tranſactionibus Anglicanis*, Vol. XXIV. Num. 303. Art. VIII. p. 2145. ſ. *A Letter from Mr. Ralph Thoresby, F. R. S. concerning a Roman Inſcription lately found at York.*

— 11. dudum ediderant duo Benedictini Monachi in *Itinere Literario*, *Pariſiis* 1717. evulgato, Tom. I. p. 294.

LXXVII. 2. recte *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 197. illud versus 1. COLLIB. explicat per COL*legii* LIB*ertorum.*

— 3. *Inscript Select.* p. 183. quod *Contucius* in Schedis suis monuerat, versu 5. legi in lapide ANALICLARIVS, id verum esse demonstravit iam *Bonannus* in *Museo Kircheriano*, Class. II. p. 77. paulo corruptiorem quoque titulum e schedis *Bartoli* subministravit *Causeus*, in Animadversionibus ad *Picturas Veteres*, in *Cryptis Romanis*, ad Tab. XIV. p. 65. ed. *Romanae*, 1738. qui exhibet: ANALIO LARIVS. Equidem divellere nomen legereque ausim AN. i. e. Aniensi tribu, ALICLARIVS.

— 4. quid novi schedae *Ambrosianae* afferre possunt *Donio* dudum nuncio? I. 140. ad quem locum vid. *Gorius.*

— 5. scire debuerat *Bimardus*, ex *Graverolio* iam desumtam fuisse a *Fabretto*, II. 70. qui siglas non incommode interpretatur: *Genio Domini Nostri*, titulumque in funebribus habet.

— 6. an *Genio Tutelari Nostro?*

— 7. *Histor. Genealog. domus regiae Saband.* Tom. I. p. 34.

— 9. *Memorie Bresciane*, p. 184.

— 11. de *Thermis Herculanis*, p. 36.

— 12. e Tomasino iam excerpserat *Reinesius* I. 158.

— 14. dudum e schedis *Langermannianis* vulgatam legimus apud *Reines.* I. 297. & e schedis *Manutianis* apud *Don.* I. 138.

— 15. I. 144.

— 16. vid. *Memoriae Brixianae*, p. 184. & ap. *Vinaccesium*, p. 235. n. 16.

LXXVIII. 1. Bonum factum, picturam hic e *Ligorio* datam esse, quam verbis duntaxat e schedis *Langermannianis* descripserat *Reinesius*, I. 166. & ex schedis *Manutianis Donius*, I. 139. nec non *Bodelotius Daervallus* in libro *de Vtilitate Itinerum*, Tom. I. p. 253. ed. *Paris.* Recte quidem *Muratorius* vitiosum illud *Sponii* PLACIFERO mutavit in PACIFERO, sed melioris typi *Reinesiani*, I. 294. simul meminisse eum oportuisset. Quod ad Cohortem, II. BRACAR*orum*, vel BRACAR*augustanorum* attinet, v. *Hagenbuch.* In *Epist. Epigraph.*, p. 550. 551.

— 2. I. 142. Male in Indice exhibetur *Phoebus Severus*, cum in titulo sit SERvus.

— 3. in *Transactionibus Philosophicis* frustra quaesivi. In *Iohannis* tamen *Horslaei Britannia Romana*, No. 56. XV. ad p. 290. 291. inveni, novissimi versus siglis sic ordinatis V. L. P. M.

— 4. cur quaeso ex suis schedis depromsit, cuius dextrum iam latus in promtu erat apud *Vignolium?* de *Columna Antonini Pii*, c. VII. p. 104. & in *Inscript. Selectis*, p. 1189. vtriusque vero lateris inscriptionem infra diversis locis rursus dedisse, vti in exemplo meo dudum notaveram, ita *Hagenbuchius* quoque in *Epist. Epigr.* p. 188. publice observavit. Rectius tamen, meo quidem iudicio, *Avinius Valentinus* hoc loco, quam infra ARIANVS VALENTINIANVS legitur.

LXXIX. 2. *Inscript. Selectar.* p. 193. olim *Puteolis*, teste *Ioh. Aegidio Egmonda - Neoburgo* in *Itinere Msc.* vbi *Basis*, inquit *Marmo-*

ta affabre sculpta opere anaglypho, & signis Apollinem spectantibus. In summo marmore:

DIKATA
C. VENVLEIO APRONIANO II.
L. SERGIO PA. . . . . . an PA*ullo*?

qua forma auctiore & emendatiore rursus exhibetur infra, MCXV. 4. Per *Sanctissimum Deum* intelligi vult *Herculem Wesselingius*, in *Disputatione pro Cornelio Centurione & Sergio Paulo*, p. 28. Equidem *Apollinem* malim propter signa, vt ait *Neoburgus*, *Apollinem spectantia*. Incognitam tamen vulgo in Fastis est illud par Consulum, haud dubie Suffectorum. *L. Venuleii Aproniani*, Magistri Collegii Fratrum Arvalium meminit Fragmentum apud *Philipp. a Turre* in *Monument. Veteris Antii*, p. 385. — vers. 7. GEMELLIANO scribendum est, praeeunte ipso *Vignolio*.

— 3. *Inscript. Select.* p. 182. quem si audis interpretem, Deus hic tutelaris non alius erit, nisi *Serapis*, quoniam in altera lapidis parte titulum *Reinesianum*, I. 253. legi auctor est *Vignolius*, p. 183.

— 4. cognomina duorum *Eubuliorum* videntur esse corrupta. lege vers. 5. *Quinctinus* pro *Quinctius*, & vers. 7. *Syriacus* pro *Syricus*.

— 5. Si meminisset iam a *Fabretto* editum esse titulum, II. 71. non in Classe Deorum. sed in Affectibus Parentum erga liberos retulisset. *Genius* enim *infernus* idem qui *Deorum Manium*.

LXXX. 2. *Marm. Felsin.* VII. II. p. 406.

 for-

forte idem est *M. Furius*, M. F. Cor. i. e. Cornelia, *Rufus*, qui in *Gruteriano*, CMXII. 9.

—— 3. v. *Periculum* meum, vers. 2. VISO pro Ex VISV. vid. *Gudius*, L. 8.

—— 4. in *Memoriis Brixianis*, p. 38. vbi versu 3. non STEPHANVS, sed STEPHONIVS, quemadmodum sic etiam ex *Rubeo* iam dederat *Fabrett*. IX. 279.

—— 5. cum *Iacobus Salomonius* tres singulares libros de *Inscriptionibus vrbis & agri Patavini*, seu antiquis, seu recentioribus ediderit, arduum sane est, veram eius tituli votivi sedem indicare. Extat autem in *Inscriptionibus agri Patavini*, *Patavii* 1696. 4. p. 405. vbi vers. 2. non legitur P. OSIDIVS, sed OPSIDIVS. apud *Gruterum* vero, LXXII. 9. a quo dudum erat occupatus, e *Scardeonio*, *Histor. Patavin.* L. I. Class. III. p. 48. Tom. VI. Part. III. *Thes. Ital.* OBSIDIVS, eodem modo *Iacob. Zabarella*, *Gli Arronzii overo de' Marmi Antichi*, p. 115.

—— 6. I. 118. Sed aeque *Gorius*, atque *Muratorius* scire debuerant e *Mazochio Epigr.* CXX. 2. idem *Smetio*, XXIX. 2. iam tabulis *Gruterianis*, LXXIII. 1. custoditum fuisse.

—— 8. I. 119.

—— 9. I. 115.

—— 10. vbi illa lateat, alii investigent. meos certe oculos plane effugit. Interim alia in iisdem *Transactionibus Anglicis* evulgata, Vol. XLIII. Num. 474. VII. ad p. 160. Tab. II. fig. 4. addi possit:

FORTVNAE

AVG

AVG
AET
PROGVLINA
VS.

Christoph. Hunterus mutam dimisit. Equidem sic interpretor: *Fortunae Augusti Aeternae Proculina Votum solvit. Fortuna* eodem modo *Aeterna* dici potest atque *Victoria aeterna* & *Roma aeterna.*

— 11. Cedo librum *Fontanini*, eiusque locum! Vera certe huius arae, A. 1708 inventae, teste *Madrisio*, in *Clarorum Venetorum* ad *Magliabecbium* Epistolis, Tom. II p 316. cubilia in occulto latuissent, nisi *Bubierius* mihi index adfuisset in animadversione ad hunc titulum, Epistolis *Hagenbuchii Epigraphicis*, p. 7. s. inserta, vbi ait legi eum ap. *Fontaninum de S. Columba*, p. 109. nesciens forte a *Muratorio* nostro repetitum esse, alioquin eius meminisset. *Fontanini* autem liber etrusce scriptus est: *Di S. Colomba vergine sacra della città d'Aquileia Commentario in Roma*, 1726. 4. Neque tamen erat, cur *Bubierius*, vir elegantissimus, *Fontaninum*, legentem *Caius Auctus Pulcher*, reprehenderet, ipseque mallet *Aucius* vel *Auctius*. Caesarum enim aetate, quae plerarumque est Inscriptionum, *Aucti* aeque nomen, atque cognomen fuit, exemplis *Gruteri*, *Reinesii*, *Fabretti*, *Gudii*, *Muratorii*, quae hic coacervare nolo.

LXXXI. 1. De *Donariis*, p. 87. Sed dudum lucem viderat in corpore *Gruteriano*, MLXXI. 10.

— 2. Eadem *Fortunae Barbatae* imago iam occupata erat a *Spanhemio* e Codice *Duquesne-*

neliano in Notis ad *Iuliani Caesares*, p. 98. qui legendus. Neque hic *L. Aurelius Marcianus* mihi diversus esse videtur ab illo *Gruteri*, CCCLXXII. 4. vbi etiam in altera editione *Exceptorum* ratio exposita est.

—— 3. Fuit Ara prope *Colerton* f. *Cilarnum* inventa & illustrata a *Thom. Galeo*, in *Transactionum* Vol. XIX. Num. 231. VI. p. 661. & 663.

—— 4. *Bathoniae* in *Lancashire*, vt apparet ex *Martini Listeri* exemplari in iisdem *Transactionibus*, Vol. XIV. ad A. 1684. Num. 155. p. 457. fig. 8. quod veram lapidis iconem exhibet. Omissum hic est vers. 3. ante LEG. signum centurionatus, eleganter expressum in *Horslaei Britannia Romana*, No. 67. I. ad.|p. 301. cuius etiam vitis indicia reperio apud *Galeum* in *Not.* ad *Antonini Itinerarium*, p. 48.

LXXXII. 1. nesciit primam huius tituli partem a *Malvasia* in *Marm. Felsin.* Sect. V. c. XIV. p. 306. vtramque vero a *Fabretto*, X. 591. occupatam esse. Neutrubi eadem cognominis forma, ap. *Malvasiam* ARROMIVS, apud *Fabrettum* ARRONIMVS. in altera parte, vers. 5. male discerptae sunt literae PER AGE, quae necti debent, offeruntque meo quidem iudicio PERAGE*ndum* pro solvendum.

—— 3. Quamquam *Reinesii*, *Gratam Fortunam* permutantis in *Statam*, frustraque ad *Gruterum*, LXXIX. 5. provocantis coniecturam minime probo, tamen dicere non ausim cum *Muratorio*, *Statam Fortunam* a nemine memoratam fuisse. Ecce enim duo *Gudii*, L. 1. 2. praesto sunt exempla! Quae vero ratio suberat, cur

cur hoc loco & *Donii* & *Gorii* nomen dissimularetur? apud illum enim, Tab. VII. n. I. ad p. 43. idem picturae, & apud hunc in Praefat. p. LVI. LVII. nec non in *Addendis* prorsus simile animadversionis genus.

LXXXIII. 1. Recte adnotavit, *Gorium* dedisse inter *Donianas*, sed facile addere potuisset locum, I. 117. cur vero Cl. *Dorvilius* ad *Charitonem*, p. 331. miretur, *inter suspecta monumenta non esse relatam Epigraphen*, fateor me idoneam rationem non perspicere. Nihil certe fraudis subodoratus est *Spanhemius*, optimus harum rerum iudex, qui in *Notis* ad *Iuliani Caesares*, p. 97. 98. idem monumentum e schedis *Duquesnelianis* depingendum curavit & interpretatus est. neque Panthei natura eiusmodi compositionis peregrinitatem refugit. Quaerit simul *D'orvilius*, *quid ille puer cum Pluto commune habet*, ridens forte *Pausaniae* in *Boeot.* c. XVI. Πλᾶτον παῖδα, quem in manus huius Fortunae simulacri tradidit *Muratorius*. Immo istud quidquid est formae iuvenilis de Baccho, personam tenente, tanquam Tragoedo, verisimilius accepit *Spanhemius*.

—— *Italiae Sacrae* Tom. I. in *Tiburtinis Episcopis*, p. 1302. vbi aliter ordinati versus, nec vers. 3. MVCIVS sed MVCCIVS, & vers. 4. pro MAG. legitur MAGN. Primus vero hunc lapidem edidit *Franc. Martius*, L. II. *Histor. Tiburtinae*, p. 24. Tom. VIII. Part. IV. *Thes. Ital.* vnde apparet vitiosum non esse PRIMI, propter multitudinis numerum, ibi expressum, CVRATORES. Ex accurata *Alexandri Leslei*, Soc. Iesu, descriptione *Vulpium Vet. La-*

tii Profan. Tom. X. Part. I. L. XVIII. c. 4. n. XIII. p. 152. exhibet L. MINVCIVS, quod tamen poſtea nomen, Part. II. c. XV. p. 520. neglexiſſe videtur, illud *Martii* L. MVCIVS imitatus. Ceterum eadem Inſcriptio quaſi ἀνέκδοτος e *Ficoronii* ſchedis infra, MCMXCI. 10. praeter neceſſitatem redit.

—— 4. *Praeneſtes antiquae*, L. I. c. 14. p. 22. *Theſ. Ital.* Tom. VIII. Part. IV.

—— 5. quid ſi vocem FAC in FAB. leniter commutando EXERC*itatorem* FAB*rum* ſumamus, vti eſt *Exercitator Equitum* ap. *Gruterum*, MCII. 4. & *Exercitator Raetorum* ap. *Gud.* CLXXVII. 5. nonne id munus melius cohaereret cum *Fortuna Pugnatoria* h. e. militari, quam aliud ex ludis circenſibus gladiatoriiſue repetitum?

LXXXIV. 1. ipſe edidit *Tafurius* in Diatribe *de origine, ſitu, & antiquitate vrbis Neritenſis*, L. I. c. VI. p. 89. v. *Calogerae Raccolta d'Opuſcoli Scientifici e Filologici*, Tom. XI. vbi verſus 3. lacunae accuratius ſic diſtinguuntur COR.... C.... FIL.

—— 3. *Vulpius* in *Veteri Latio Profano*, Tom. III. L. IV. c. 5. p. 108. nullum addidit locum, vbi lapis repertus fuerit. Vndenam igitur didicit *Muratorius*, *Antii* ſedem ſuam habuiſſe? Immo quovis pignore contendere auſim, numquam *Antii*, ſed *Divione* viſum eſſe in Francia. Teſtes habeo locupletes, *Ioh. Richardum*, qui vidit in *Antiquitatibus Divionenſibus*, p. 2. vnde *Gruterus* mutuatus eſt, VIII. 2. *Ioh. Guenebaldum*, in *Reſuſcitatione Chyndonactis* (*Le Reveil de Chyndonax*,) p. 37. *Io. Phil. Tomaſinum*

nam de Donariis, c. XX. p. 146. *Brevalium*, in *Remarks on Several Parts of Europe*, Tom. I. p. m. 205. Titulus vero ipse, vti relatus est a Muratorio, plane est vitiosus & mutilus. Initio enim omissus est integer versus, I. O. M. ET deinde vers. 3. leg. FL*avii* pro FIL. vers. 5. inserendum SER*vus* ACTOR.

— 7. *Praenestes antiquae*, L. I. c. XIV. p. 24. *Thes. Ital.* Tom. VIII. Part. IV. vbi non extat TVDANINA, sed TVRANINA, apud *Gruterum* vero, LXXIX. 3. e *Smetio*, XXX. 14. TYRANNIS, cuius *Gruterianae* Inscriptionis hic titulus duntaxat initium est.

— 8. Aliam hic FORTVNAE BONAE dicatam addere potuisset aram ex *Maffeii Osservazioni Letterarie*, Tom. V. p. 212. Αγαθη τυχη reddi omnino debet: *Quod bonum felix faustumque* sit.

— 9. Hoc marmor in veteris Troiae ruinis inuentum, & ab *Angelo Emio*, nobili Veneto, translatum Venetias, postea *Maffeio* dono datum, qui in *Museo Veronensi*, XXXVI. 3. reposuit. Veram quidem huius tituli scripturam imitari conatus est *Dominicus Georgius*, in *Ragionamento intorno a due Iscrizioni Greche*, apud *Calogeram*, in *Opusculis Scientificis & Philologicis*, Tom. XV. ad p. 156. Sed cum ΜΟΣΥΝΕΙΤΑΣ Θεὰς pro Συνόδοις, vel Συνοδοῖς, a συνειμι, quasi *contubernalibus* acciperet, iure notatus est a *Maffeio*. Longe incredibilius *Marmorum Taurinensium* Editores, Tom. I. p. 222. x. ΑΙΜΟΣΥΝΕΙΤΑΣ, quasi *consanguineos* obtrudunt: inani coniectura, cum praesto sit ΜΟΣΥΝΑ *Hieroclis*

Synecdemi, ad quem locum v. *Wesselingius*, p. 665. a quo oppido sunt Dii tutelares ΜΟΣΥΝΕΙΤΑΙ, vel ΜΟΞΥΝΕΙΤΑΙ. — — De *Apolline Smintheo* omnia quidem e libris veterum *Homero*, Il. A. 39. *Ovidio*, VI. Fast. 425. *Strabone*, XIII. p. 900=902. 910. A. & 912. A. *Plinio*, V. Hist. Nat. 30. & VIII. 37. 38. *Pausania*, in *Phocic.* f. L. X. 12. *Aeliano*, XII. *Histor. Anim.* 5. *Arnobio*, III. adverf. *Gentes*, p. 119. *Macrobio*, I. *Saturn.* 17. & aliis, nota sunt. In effingendis vero eius imaginibus tam solers artificum manus non fuit. Solus *Strabo*, XIII. 901. B. murem commemorat sub pede simulacri, opus Scopae Parii. Cuiusmodi nullum hodie aut simile, quantum sciam, superest monumentum, praeter murem, cum capite Apollinis radiati, in numo *Tenediorum*, apud *Goltzium* in *Graeciae vniversae Numismatibus*, Tab. XIV. murem nudum ex aere, in *Museo Moscardi*, Part. II. p. 384. murem cortinae Apollinis insidentem, panemque arrodentem, in gemma ap. *Beger. Thes. Brand.* Tom. III. p. 211. & murem lyrae impositum, itidem in gemma, ap. *Wildinum* in *Gemmis*, Tab. XXI. n. 80. qualem viri docti omnes ad Apollinis Sminthei argumentum referunt.

LXXXV. 1. DIBVS pro DIS, vt in alio marmore *Doniano*, X. 17. *Dibus Securis*, quod in corpore suo Muratorius omisit.

—— 3. *Le Memorie Bresciane*, p. 234. n. 21. Eamdem esse atque *Gruterianam* non est, quod dubites.

—— 4. *Antiquit. Gall.* Epist. V. p. 27. Mone-

nere potuisset lectorem, iam supra in *Diatriba Bimardi*, p. 54. n. V. longe meliori forma prodiisse.

— 6. extitit iam apud *Gudium*, LXIII. 4. sed distinctis versibus secundum quatuor arae latera.

— 7. plane corruptus est titulus. Ex alio tamen simili *Gruteri*, CMXXXIII. 10. emendari potest. Sic autem praetermisso numero III, qui nihili est, legendum esse iudico: *Ob honorem, quod civis recepta est Caperae*, i. e. in oppido Caperae, *Cocceia Celsi F. Severa*.

— 10. Cl. I. 136. v. *Periculum* meum, & *Hagenbuchii Epist. Epigr.* p. 532.

LXXXVI. 1. Cl. I. 135. non *Romae*, sed *Brixiae* locandus, testibus *Octavio Rubeo*, in *Memor. Brixian.* p. 234. & *Fabretto*, X. 155. apud quos iam legitur.

— 3. Quis ille *Casalius* sit, nescio, neque hoc nomine dominus lucernae, an liber *Casalii* significetur, definire possum. In scriptis certe *Ioh. Baptistae Casalii* nullam eiusmodi lucernam inveni. Forte apud *Casalium* extitisse *Fortunius Licetus* de *Lucernis antiquorum reconditis*, *Patavii*, 1663. fol. auctor eius ἐυγχέρως fuerat. Ex *Liceto* certe eamdem lucernam depromsit *Montefalco*, *Antiquit. Explic.* Tom. V. Part. II. L. II. c. 10. p. 227. ad Tab. 188. qui in postremi versus literis PFROAMOEN vitium inesse suspicatus eodem modo legendas & interpretandas esse censet, atque similis lucernae ap. *Grut.* CVI. 14. quarum siglarum sententiam etsi *Du Choulius de la Religion des Anciens Romains*, p. 166. ed. verae, id est francicae, minime assecutus esse videatur,

atur, tamen tolerabilior illius fuit interpres, quam huius nostrae *Bodelotius Daervallus*, de *vtilitate Itinerum*, Tom. I. p. 210, 211. mera hic oracula fundens: *Pietati, Fortunae, Romulo, Opi, Aesculapio, Maniae, Orboniae, Egeriae, Nemesi*. Nihil dici & fingi potest magis contortum: Iovi prodigiali litet!

—— 4. eius memoriam iam servavit *Fabrett*. X. 168.

—— 5. Inepte sane *Turnefortis*, in *Itinere Oriental*. Tom. I. *Epist*. V. p. m. 240. ed. Lugd. ait: *Anciennement les Dames s'appelloient des Nymphes* &c.

—— 6. haud dubie ex Benedictinorum *Itinere Literario*, Tom. I. p. 286. descripsit *Bimardus*.

—— 7. Memoria fefellit Muratorium. Proximo enim folio, LXXXVII. 11. eadem redit.

—— 9. *Inscription. Florentin*. Tom. I. p. 47. LXXXVII. vbi vera lapidis pictura. corrigendus hic *Gruteri* numerus XCIII. 6.

LXXXVII. 1. ara prope Blenckenshop in Northumberlandia, *Transact. Philosoph*. Vol. XIX. ad A. 1697. Num. 231. p. 662. Tituli lacunas sic explevit *Galeus: Deabus Nymphis Veteribus & IVnioribus Mansuetae Claudiae Vrbanae Nuncupavit Lucius*. A..IVS., forte *Allius*.

—— 2. Eleganter depicta est ara in *Verona illustrata*, Part. I. p. 351. n. 1. tum in *Museo Veronensi Maffei*, Tab. IV. p. LXXV. 3. adde p. LXXVIII.

—— 3. *Maffeius* in *Museo Veronensi*, LXXIX. iure quidem versus 6. verbum COMMISIT dam-

damnavit, legitque velut a se excogitatum *Consularis.* Sed dissimulare non debuisset sibi hac in re incorruptiora *Donii* I. 107. & *Gudii* LVII. 6. exempla praeivisse.

— 4. in *Lucubrat. Epistol.* p. 16. n. VI. Sed. v. Periculum meum ad *Reines.* I. 187. vbi *Gudiani* non immemor exempli fueram, quod vers. 9. SVLPICIAN i. e. Sulpicianus, & vers. 10. pro vitioso C. ANIO exhibet G. ANT. i. e. *Geminae Antoninianae.*

— 5. retulit iam *Gruterus*, XCIV. 8.

— 6. in editis *Cyriaci Anconitani*, p. XXXII. Num. 214. non legitur vers. 3. ΔΙΟΝΥΣΤΩΙ, sed ΔΙΟΝΥΣΩΙ. recte! quod etiam probat *Dorvilius* ad *Charitonem*, p. 647.

— 7. *Vet. Lat. Profano*, Tom. III. L. V. c. 4. p. 235.

— 8. Proprie *Calogera* non edidit, sed *Camillus Silvestrius*, in *Spiegazione di un Marmo antico eretto da Q. Magurio a i Bagni di Abano*, (quod marmor antiquum, vt id obiter moneam, cave credas a *Silvestrio* primum fuisse descriptum, dudum protulit & copiose illustravit *Reinesius*, II. 12. item *Fabrettus*, IX. 257. & p. 663.) apud *Calogeram*, *Opuscoli Scientifici*, Tom. VI. p. 422. Cf. Monumenta Reipublicae Literariae (*Giornale de' Letterati*) Tom. VII. Art. XVI. p. 475.

— 9. v. eadem *Opuscula Calogerae*, l. l. p. 423. quod marmor deinde transiit ad *Veronenses*, v. *Maffei Museum Veron.* LXXXIX. 1.

— 10. itidem Veronensium factum est peculium, v. *Museum Veron. Maffei*, LXXXIX. 2.

— 11. Tab. VII. n. IV. ad p. 43. Quis

non

non miretur ἀβλεψίαν *Muratorii* nostri. Superiori folio *Pesti in Campania* locavit, nunc locum, vbi extet, non indicari ait. *Gorius* in Praefatione ad *Donium*, p. LX. illud SERM. vers. 1. *cognomen vel ab aliqua familia, vel a loco, vbi colebantur, desumtum* arbitratur. An forte SER*mocinantibus*? Inter se enim colloqui videntur. ARCHITECTVS, dubium professione, an cognomine. Cognomen tamen haud spreverim, argumento exempli *Gruteriani*, XCIX. 9.

—— 10. non tam ex *Calogiera*, quam *Silvestrio* apud *Calogieram*, loco ante laudato, p. 421.

LXXXVIII. 1. & 3. ipse postea edidit *Ficoronius*, in *Le Memorie ritrovate nel territorio della prima e seconda Città di Labico*, in *Roma*, 1745. 4. p. 37. In priori vero lapide *Vulpius Veter. Lat. Profani*, Tom. X. Part. II. L. XVIII. c. 13. p. 469. s. & Dissertat. de *villa Tiburtina Manlii Vopisci*, p. 181. *Dissertat. Academiae Cortonensis*, Tom. II. haec duntaxat verborum fragmenta apparent:

. . . . BVLIS DD
. . . . ELADVS AVG. L.

vnde CELADVS effinxit, nomen quidem vsitatum in saxis literatis, propter lacunae tamen spatium malim *Enc*ELADVS. De Albularum lacu & Aquis Albulis non modo *Andreas Baccius*, *Discorso dell' Aque Albule*, in *Roma*, 1564. sed ipse quoque *Vulpius* l. l. egit.

—— 4. *Musei Veronensis* peculium esse iussit *Maffeius*, vid. pag. LXXXIX. 5. cuius opera integrior titulus prodiit.

—— 5. de *Viris illustribus Marsorum*, p. 301.

301. & in *Reggia Marsicana ovvero Memorie Topografico-Storiche*, L. I. p. 85. vbi non VEREDVS, sed VERECVNDVS C. F. MESSALLA. Ad ipsum lacum Fucinum ponit *Didacus de Revillas* in tabula Marsica, 1735. edita. Cf. *Ioseph. Roccus Vulpius*, in *Epistola super C. Inscriptionibus*, apud *Calogeram*, in *Opusculis Scientificis & Philolog.* Tom. XIX. p. 151. n. 56.

—— 6. ex eius *Tabulis Antiquis*, in Tom. VI. *Thesauri Siculi*, p. 105. n. 14. Extat quoque apud *Octavium Caietanum*, in *Isagoge* ad *Histor. Siculam*, c. III. p. 13. *Thes. Sicil.* Tom. X. P. II. & *Caietanum Noto*, *Delle Iscrizioni antiche della Città di Palermo*, Part. I. p. 29.

—— 7. ex eius *Opere Danubiali*, Tom. II. Part. II. Tab. XXXVIII. n. 4. ad p. 102. Non puto vers. 5. cogitandum esse de Statione vel militari vel navali, sed intelligendum hic esse videri *Statorem*, vel *Stratorem*, argum. *Gruteri*, DC. 9.

LXXXIX. 1. Class. I. 57. circa *Donii* tempora idem marmor descripserat *Luc. Holstenius*, in *Notis & Castigationibus* ad *Stephanum* de *Vrbibus* voc. Ραμνυς. ῥαμνυντόθεν, p. 270. eique lucem affudit non modo *Gorius*, ad *Donium*, l. l. sed inprimis quoque *Maffeius* in *Museo Veronensi*, p. LVII. s. cuius etiam picturam, LI. 13. dare non neglexit. Ibidem vidisse se testatur *Breval*, *Remarks on Several Parts of Europe*, Tom. II. p. 114. Hoc loco praeterire non possum valde inconsultam *Iac. Salomonii* in *Inscriptionibus agri Patavini*, p. 81. interpreta-

tio-

tionem, novissimos versus sic reddentis: *indigeti Minervae Charitobliphorus posuit.*

— 5. In *Antiquitatibus Nemausensibus*, saltem in earum exemplo *Thesauri Salengriani*, Tom. I. non memini me legere, in Thesauro *Gruteriano*, XCVII. 9. reperi, vbi in altera editione itidem advocatur testis *Grasserus*, nescio an frustra.

— 6. vanum erat, e schedarum fonte titulum haurire, quem typorum iam formulae publicaverant, veluti *Apianus*, CCCXXVII. *Sarayna*, de *Monumentis antiquis Civitatis & agri Veron.* p. 47. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. VII. ipseque *Gruterus*, XCVII. 10. quorum omnium non meminit *Maffeius*, in *Museo Veronensi*, p. LXXXVII. 1. eumdem lapidem recensens.

XC. 4. *Praenestes antiquae*, L. I. c. XX. p. 37. *Thes. Ital.* Tom. VIII. Part. IV. & ex eodem *Suaresio Vulpius*, *Vet. Lat. Prof.* Tom. IX. L. XVI. c. VIII. p. 165. Hanc vero Inscriptionem in duas velut partes secat *Fabrettus*, X. 162. 163. alteram in serto, a duobus graniis bubulis pendente, alteram in ara grandi collocans.

— 5. eadem apud *Fabrett.* X. 148.

— 8. ipse postea edidit *Bertoli*, *Le Antichità d'Aquileia*, p. 62. XXXII. Quam varie explicari possint siglae versus 1. antea iam ostendi ad XXXIX. 2. *Saluti Aquileiae Sacrum* coniiciebat primum *Fontaninus*, in *Dissertazione* XII. *Sopra alcune Iscrizioni*, Tom. II. p. 226. *Commentar. Academiae Cortonensis.* male! postea melius: *Saluti Augustae Sacrum.*

XCI.

XCI. 2. Qui ex *Rubeo* & *Vinaccesio* saepius titulos decerpserat, is hoc loco *Averoldi* schedas morari non debebat. Idem enim L. *Decius Tertius* mox *Fortunae*, ap. *Rubeum*, in *Mem. Brixianis*, p. 38. & *Gruterum*, MXIII. 9. mox *Victoriae*, ap. *Vinaccesium* ibidem, & bis apud *Gruterum*, CIII. 2. & MXVIII. 5. votum solvit.

— 4. *delle Iscrizione antiche della città di Palermo*. Palermo 1721. 8. p. 67. vers. 4. lubenter coniicerem PRAETER *Sacell*VM, vel aliud quid simile, si per mediarum vocis literarum conformatiouem liceret. Nam illi seu *Praeter Summam*, seu *Summum* commodus non inest sensus.

— 6. quid rursus proderant schedae, cum hominum eruditorum opera iam emendatior prodiisset. Eodem quidem modo, vti noster, Epigraphen descripsit *Raymundus Duellius* in *Lucubratione Epistolari*, p. 22. XIX. sed castigatiorem emisit *Marsilius*, in *Danubio*, Tom. II. Part. II. Tab. LVI. n. 3. ad p. 133. & *Maffeius* in *Osseruazioni Letterarie*, Tom. I. p. 181. n. 17. vnde apparet, vers. 4=6. legendum esse M. Cocceius LVCIVS LAPID*em* D*edit*. *Maffeius* hic LAPI*darium* se invenisse putat, p. 205. haud scio an vere, & necessario.

— 7. *Histoire Genealogique de la Royal Maison de Savoye*, Tom. I. p. 29. apud quem duo versus punctis notati sunt.

— 9. Class. V. 100.

— 10. *Hist. Genealogic.* Tom. I. p. 42.

XCII. 1. non nunc demum e *Muratorii* schedis innotuit. Dudum in editis *Musei Moscardiani*, Part. II. p. 377. cognoscebatur.

— 2. *Claff.* I. 146.

— 4. vehementer vereor, ne duae hic Inſcriptiones, altera votiva, altera ſepulcralis in vnam conflatae ſint. Alterius certe ſingulare, &, vt reor, fidelius exemplum legitur ap. *Reineſ.* XI. 17.

— 6. in *Veteri Latio Profano*, Tom. VII. L. XII. c. 6. p. 103. ſed vers. 2. verbis KAL. MAI. auctiorem iam dederant tabulae *Gudianae*, LX. 4.

— 7. *Verona illuſtrata*, Part. I. p. 355. n. XXI. quam poſtea repetiit idem *Maffeius*, in *Muſeo Veronenſi*, p. LXXX. 3. recteque, vers. 5. *Sacerdotem gratuitum* interpretatus eſt. add. *Breval Remarks on Several Parts of Europe*, Tom. II. p. 128.

— 9. Sunt ſane inter Grammaticos recentiores, qui *Feroniam*, vel eamdem, atque Iunonem eſſe exiſtiment, argumento lapidis *Sponiani*, III. Miſc. p. 82. & *Fabrettini*, VI. 65. qui olim fuit Muſei *Camilli Silveſtris*, teſte eius *Iuvenale* etruſco, p. 238. poſtea *Muſei Veronenſis*, indice *Maffeio*, p. LXXX. 2. eique ſententiae maxime patrocinatur *Fabrettus*, p. 451=455. vel a Iunone ſeiungant, alius viciſſim tituli ap. *Reineſ.* I. 31. & *Fabrett.* VI. 66. auctoritate freti. Neutram equidem opinionem damnaverim. *Feronia* enim, vt reor, a ferendo dicta pro varietate cauſarum, velut partus, & ſervorum manumiſſionis adiunctum Iunonis eſſe poterat, in aliis non item. Hinc copulatur interdum cum *Flora*. Sic *Florae Feroniae* paulo ante mementio, n. 6. & in alio ap. *Gud.* LX. 9. Ceterum Cferantur, quae *Otto* in Praefat. ad Tom. II. *Theſauri*

ri Iuris, p. 6. & *Gorius* Inscript. *Florentin.* Tom. III. p. 14. disputavit.

XCIII. 1. Class. I. 26. Sed praesto etiam fuit in corpore *Gudiano*, XXII. 4. vti postea in *Iohannis de Vita Thesauri Antiquitat. Beneventanarum*, Diss. II. c. 2. p. 87. n. 4. & in *Inscriptionibus*, I. 12. p. 11. Apud omnes vers. 3. constanter PARACENTIAE. nescio an leg. BERECINT*iae*. vers. 4. *Gudius* exhibet PYNAMIS, *de Vita*: EYNAMIS, vers. 6 *Gudius*: CRIOB. vers. 7. 8. *de Vita*: SERVILIA VARIA SAC. & vers. 9 *Gudius*: AVG.

—— 2. Eodem iam modo protulit *Reinesius*, I. 280. ex parte vero *Martius*, *Historiae Tiburtinae*, L. V. p. 66. *Thes. Ital.* Tom. VIII. Part. IV. & *Vulpius Vet. Lat. Prof.* Tom. X. Part. II. p. 470. Huius ipsius portionem a versu 4. vitiose repetit *Muratorius* infra CLIX. 5.

—— 5. Ex *Ioh. Henr. Seuferti*, Heilbronnensis Scholae Rectoris, Prolusione Scholastica, 1714. edita, descripserat *Eccardus*, *Franciae Orientalis*, Tom. I. p. 9. Valde corruptum est tituli huius fragmentum, corruptiusque factum incuria tradentium. In *Monumentis* certe *Heilbronnensibus* apud *Schelhornium*, in *Amoenitatibus literariis*, Tom. X. p. 1208. n. V. versu 3. legitur COHI. id est, *Cohors prima*, & vers. 8. XVIII. i. e. Legionis duodetricesimae, vnde *Io. Rudolph. Schlegelii* in *Commentatione Antiquaria* de *Fortuna Respiciente*, p. 405. *Fasciculi* III. *Novarum Amoenitatum Literariarum Henr. Ioh. Clemmii*, coniectura, vers. 5. *Quinta* legentis, & vers. 9. quasi siglas sic explicantis, *Ita Eius Votum Solvit Iterum*, perit. in novissimo enim

versu latet fortassis cognomen *Firmae* aut *Primigeniae*, Legioni XVIII. passim tributum. Nomen *Iulii Victicii* ex superiori Inscriptione *Muratoriana*, IV. 9. haud male restituitur.

—— 6. non tam ex *Alciato*, hoc est, aliquo eius libro typis vulgato, quam *Alciatinis* schedis, vnde etiam *Gruterus* habuit, MXVI. 5. ad quem locum Alciatus in codice meo scripto haec bene adnotavit: *Vicus mercatus Briganticorum collium metrocomia quasdam veteres habet inscriptiones, ex quibus hic est insignis Stylolates matronis dicatus. Intelligo autem matronas, Iunonem & Venerem. Nam huius nominis Veneri mense Aprili Matronae myrto coronatae supplicant, sicut Martiis Kalendis Iunoni, vnde & Matronalia festa.* Versus 2. siglas *Keyslerus* in *Antiquit. Septentrion. & Celt.* p. 413. sic interpretatur: *L. Statius Amandus*, praeeunte iam alterius editionis Gruterianae auctore.

XCIV. 2. Ex eodem *Paullo Gallerato* habuit *Donius*, I. 153.

—— 3. Inde quoque sumsit *Donius*, I. 156. emendatius referens nomen: T. VICNIDIVS CRESCINVS.

—— 4. *Dunodus* ille est *Franciscus Ignatius Dunodus*, de quo viro docto fatis functo 1751. egi in *Onom. Literar.* Part. VI. p. 514. corrigendo tamen eius praenomine. Is vero, huius lapidis dominus, eumdem promulgaverat & illustrauerat in *Iournal Helvetique*, 1743. *Ianuar.* p. 18. *Eclaircissemens sur quelques Inscriptions trouvées à Besancon.*

—— 5. Loca *Tollii*, & aliorum hominum eru-

eruditorum iam in *Periculo* commemoravi, quo indicio mihi visus est Cl. *Hagenbuchius* vsus esse in *Miscell. Observat. Novis* Tom. X.—XII. p. 369. quoniam *Tollii* inquit *Fortuita olim mihi visa non habeo.* Eadem quoque post me observavit Editor *Gisb. Cuperi Epistolarum* de *Aris & Lapidibus Votivis ad Neomagum effossis*, p. 14. *Matronas* autem *Mopatas*, vti mox *Arsacas*, *Brittas*, *Aufanias*, *Frisavas* & plures eiusmodi alias, Deas esse επιχωριους quis nescit? Pro *Mopatibus* tamen auctor libri de *Religione Veterum Gallorum*, Tom. II. L. IV. c. 25. p. 182. legere mavult MORATIBVS. P enim latinum vicem literae graecae Ρ praestare ait a Μωρα, quod labente graecitate denotet veneficam. (*une Fée*, *une sorciere*,) Mirificum sane aegrotantis somnium! —— Omiserat *Tollius* SVIS, quod pronomen possessivum quid sibi velit, opportune demonstravit *Cannegieterus*, in Epistola ad *Comitem Lyndenium*, p. 14=17.

—— 6. v. *Inscriptiones & Marmora antiqua* in calce *Apotheoseos Homericae*, p. 267. non addidit quidem *Cuperus* locum, vbi inventa est ara, aliunde tamen videtur constare, iuxta Coloniam Agrippinam inventam fuisse videri, vers. 2. SIVE idem significat, atque ET, interprete *Cannegietero* loco modo ante laudato, p. 16. vers. 3. monstrosa lectio est: M. AVR. LV. VERONIVS. ex non intellecto praenomine AVReLiVs orta, vt acute divinavit *Hagenbuchius*, in *Miscell. Observ. Novis*, Tom. X=XII. p. 370. recte etiam, vers. 4. PR commutans in BE h. e. Beneficiarius.

—— 7. loco antea laudato, p. 267. ex quo etiam

etiam *Cannegieterus* de *Brittenburgo*, p. 21. ſed minus integre! omiſſum enim poſt verſum 3. cognomen L. Valerii, SIMPLEX, quod ante *Cuperum* iam (adeoque *Cuperi* aetate non erat *marmor ineditum*,) ſervaverat *Hermannus Stangefolius*, in *Annalibus Circuli Weſtphalici*, *Coloniae*, 1656. 4. p. 68. vnde cognovi, ad caſtra Legionis Triceſimae, hoc eſt, oppidum hodiernum *Santen* Cliviae repertam fuiſſe aram.

—— 8. in *Inſcriptionibus Aquileienſibus*, p. 399. n. 60. ad *Monum. Vet. Antii.* habet quoque *Ioh. Dominic. Bertoli*, in *Antichità d'Aquileia*, p. 79. XXXVIII. nec non antea *Gudius*, XXII. 2. omnes aliter diſtinguunt. Neque facilis ad iudicandum ratio eſt, quaenam Dea per *Magnam Deam Obſequentem* intelligenda ſit. Qui *Gudianas* Inſcriptiones digeſſit, ad *Magnam Deum Matrem* retuliſſe videtur. *Bertoli* interpretatur *Fortunam Obſequentem*. *Ioh. Andr. Hultmannus* in diſputatione de *Servis Binominibus*, p. 33. & ſequ. *Magiſtam* hic *Deae Obſequentis* denotari putat, totumque titulum votivum eſſe negat. Quod mihi non perſuaſit propter collocatam in fine literam D. quae in ſepulcralibus inſolens eſt. Ceterum ſi *Muratorius* *Gordoni Iter Septentrionale* in conſilium vocaſſet, theſaurum ſuum aliquot aliis *Matribus* AIATERVIS, & CAMPESTRIBVS, Tab. 14: 2. item DOMESTICIS, Tab. 42: 6. locupletare potuiſſet.

—— 9. Mirum ſane, cum videret *Muratorius*, eandem inſcriptionem, ſed alio ſub capite *Iovis* O. M. apud Gruterum, XII. 2. (e *Mazochio*, CLIV. *Apiano*, CCXLIII. & *Smetio*, XVII.

XVII. 11.) prodiisse, simul non vidisse geminam ex eodem *Mazochio*, & *Apiano*, ibidem, nec non *Smetio*, XXXII. 12. sumtam, sub auspiciis *Deae Suriae* apud eumdem *Gruterum* legi, LXXXVI. 5. imaginemque huius Deae inter duos leones sedentis descriptam esse, vnde quis suspicari possit per Deam Suriam vel Syriam intelligi posse *Cybelem*. Cuius vero Augusti nomen hic erasum sit, etsi auctor adnotationis ad *Gruterum* secundae editionis *Domitianum* velit, tamen cum *Pighio*, in schedis meis, *Bosio*, in *Epistola* ad *Reines.* XIX. p. 84. & *Broukhusio* ad *Suetonium* Burmanni, *Neronem* malim, quoniam *religionum vsquequaque contemtor praeter vnius Deae Syriae* fuit, teste *Suetonio*, in *Ner.* 56.

XCV. 1. emendatior prodiit cum in *Maffei Observationibus Literariis*, Tom. VI. p. 301. tum infra MCMLXXXV. 4. atque iterum in *Maffeii Museo Veronensi*, CCLXXXVIII. 8.

— 2. *Musei Italici*, Tom. I. p. 45. Sed quid obstabat quo minus saniorem, non ex prima, sed altera editione *Gruteri*, II. 12. tum ex *Donio* saltem, I. 170. daret, ad quem cum *Gorius* itidem *valde inemendatam Gruteri* reprehenderet, non alia nisi prima editione vsus esse videtur. Lacuna hic prave omissa nomen iam antiquitus erasum, sive *Elagabali*, coniectore *Pighio*, sive *Domitiani*, ex opinione *Bosii*, *Epist.* ad *Reines.* XIX. p. 83. significabat. Longe vero magis placet *Gruteri* & *Gudii* VALENTIA, quam *Mabillonii* VALENTINA. Cuius lectionis tuendae rationem iam occupaverat *Gorius*.

— 3. Aeque mutila hic ſunt nomina, atque in priore *Gruteri* editione, XCVI. 8. e ſchedis *Metelli*, ſaniora apud *Pompeium Angelottum*, in *Deſcriptione Vrbis Reate*, c. VII. p. 43. *Theſ. Ital.* Tom. VIII. P. III. omnium maxime incorrupta in *Fabretto*, vt monui in *Periculo.* vnde poſterior *Gruteri* editio, a Muratorio neglecta, hanc epigraphen pleniſſimam reddidit. Locum, vbi inventa eſt, ſic notavit *Pighius* in ſchedis meis: *Reate in Sabinis in aedibus Pauli aromatarii, vbi templum fuiſſe creditur Sancti, Sabinorum Dei*, quem alio loco *Herculem* interpretatur.

XCVI. 1. Tota hac animadverſione ſuperſedere potuiſſet Muratorius, ſi poſteriorem *Gruteri* editionem in conſilium vocaſſet. Non autem produxerat *Gruterus*, XCVI. 7. ex *Apiani* & *Vrſini* ſchedis, ſed libris, tamquam *Apiani*, CXLIII. 2. & *Vrſini Familiis Romanis*, p. m. 305. quae h. l. addi poſſent, iam occupavit *Burmannus*, in *Anthologia Latina*, ad L. I. *Epigr.* XXXIV. p. 17. & in Addendis, p. 719. Tom. I.

— 2. Qui toties *Donium* & *Gorium* manu verſaverat, nonne eorumdem in hac cauſa meminiſſe potuerat? *Gorius* enim in *Donianis* iam ante clarius & elegantius intuitu pini, & clavae depingi iuſſerat, Tab. IV. n. III. ad p. 21. illuſtraveratque in *Praefat.* p. XLVII.—XLIX. recte poſt GRATIAS ſupplens *Agentes.*

XCVII. 1. Si poſterior ipſi editio *Gruteri* praeſto fuiſſet, ex adnotatione fortaſſis *Graeviana* didiciſſet, a fine auctiorem iam datam fuiſſe a *Iulio Caeſare Capacio*, in *Hiſtoria Neapoli-*

ta;

tana. Is ſane hunc ipſum titulum retulit cum L. I. c. IX. p. m. 42. tum c. XV. p. m. 105. 106. *Theſ. Ital.* Tom. IX. Part. I. ad quem locum *Burmannus* in Praefatione huius Tomi p. [2.] nihil, quod operae pretium ſit, adnotavit, niſi pro *Hebone Clariſſimo* ſe malle *Praeſentiſſimum*, atque *Reineſium* hunc lapidem tractaſſe, III. *Var. Lect.* c. 10. *in notis*, vt ait, *ad Gruterum notari*, non inſpecto, vt reor, *Reineſio*. *Muratorius* autem noſter noviſſimam vocem edit Λαυκεδαρχησας, eamque in Λευκαδαρχησας commutat, quaſi *Leucadis Praefectum*. Sed primum nullam novi *Leucadem*; *Leucas* & *Leucam*, oppidum Ioniae, commemorant paſſim libri veteres, deinde *Capacius* offert; ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ, additque haec: *Vocem* ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ *nemo, quod ſciam, interpretabitur, corrupte legi arbitrarer, niſi diligentiſſime ipſe deſcripſiſſem.* Quantumvis vero circa idem tempus *Marcus Antonius Surgens* in *Neapoli illuſtrata*, c. XX. p. m. 195. 196. *Theſ. Ital.* Tom. IX. P. III. rem in diverſum trahat, ΜΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ edens, & emendans ΜΥΚΑΛΑΡΧΗΣΑΣ, quaſi ſit *Mycale*, *Cariae civitati Praeſes*: tamen *Capacii*, quam praefatur, diligentiae obſecundans, natam inde *Reineſii* ſuſpicionem ΝΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ maxime probaverim, quam vir egregie doctus pluribus defendit, totique inſcriptioni lucem affudit, III. *Var. Lect.* c. XVI. p. 597.=603.

— 2. & quidem ex eius *Scti de Bacchanalibus Explicatione*, p. 774. Tom. I. *Theſauri Antiquitatum Poleniani Supplementi*. Peti etiam potuerat e *Donianis* I. 141.

— 3. *Memor. Brixian.* p. 97. & ex eodem *Rubeo Montefalco*, *Suppl. Antiq. Explicat.* Tom. I. Tab. LXXXVI. n. 2. huius etiam arae memoriam *Fabrettus* ſervaverat, IX. 533. hoc ſolo diſcrimine vſus, vt pro *Seneciano Severianum* offerret. De originatione vero *Bergimi*, quaſi Dei Montani v. *Herm. Vlric. von Lingen kleine Teutſche Schriften*, Part. II. p. 109—111. *Keyſlerus*, in *Itinere Noviſſimo*, Tom. I. Epiſt. XXXVIII. p. 424. & *Maffeius* ad proximum lapidem, n. 4. in *Muſeo Veronenſi*, LXXXIX. 6.

— 5. in Addendis ad *Rubeum*, p. 316.

XCVIII. 1. corruptus eſt titulus, & ex typo *Reineſiano*, I. 154. vnice corrigendus. Supervacaneum itaque eſt, cogitare de ARnienſi tribu.

— 2. *Veronae illuſtratae*, Part. I. p. 351. vbi recte, vers. 3. CRASSVS, non CASSIVS. eodem modo exhibetur in *Muſeo Veronenſi*, LXXXIX. 4. vti etiam iam olim apud *Gruterum*.

— 3. Per *Naviſalviam* non tam Dea quaedam ſingularis intelligitur, quam ipſa *Claudia Quinta*, Deae loco paene culta, quod navem, qua Mater Deum vehebatur, ſalvam traxerat in vrbem, vt recte *Maffeius*, in *Obſervat. Literariis*, Tom. VI. p. 292. tum in *Muſeo Veronenſi* XC. & ſecundum hunc *Burmannus* ad *Propertii* II. El. XXI. 21. obſervavit.

— 4. Recte quidem *Muratorius* ſcripſit *Deo Noctulio* conſecratam dediſſe aram *Rubeum*, (*Marm. Brixian.* p. 111. 112.) indeque *Sponium* (III. *Miſc.* XCIX. p. 115.) *Rubeoque ſemper praeſto eſſe* aliquod Dei ſimulacrum, cuius-

iusmodi tamen similem edens imaginem *Begerus*, *Thesauri Brandenb.* Tom. III. p. 292. dubitabat, ad *Noctulium*, an ad *Attin* pertineret: Verum an hoc *Vinaccesii* Fragmentum (*Marmor. Brixian.* p. 313.) ad votivos referendum sit titulos, certa ratione vix definiri potest, primum, quod a *Vinaccesio* in Classe Inscriptionum ab incertis positarum commemoratum est, deinde quod alia longe forma apud *Gruterum*, DCXXXI. 8. sive NOCTVRNO LICTOR BRIXIANORVM, sive exemplo *Codicis Sixiani Marmorum Brixianorum* in *Thesauro Italiae*, Tom. IV. Part. II. p. 180. n. 47. legitur NOCTVRNVS VICTOR BRIXIANORVM? vnde *Scaligeranus* Index nullum Deum Noctulium, sed in *Nominum Propriorum*, c. XXIII. *Nocturnum Lictorem* exhibet. *Deum Noctulium* nocturnis Phantasmatis accenset *Masseius* in *Critic. Lapidari* L. III. c. IV. p. 417.

XCIX. 2. Nullam comminisci possum rationem, quare duarum columellarum, numquam *Athenis*, vt praescripsit noster, sed iuxta viam Appiam, non longe Roma, ab *Herode* quondam *Attico*, Rhetore, positarum Epigraphen, primum integram a *Smetio*, V. 3. *Grutero*, XXVII. 1. & *Montefalcone*, Palaeographiae Graecae, L. II. c. IV. p. 135. dein ex parte a *Iosepho Scaligero*, in *Digressione de literarum Ionicarum origine*, p. 110. *Animadversionum ad Eusebii Chronicon*, nec non *Edmundo Chishullo*, *in Inscriptione Sigea*, p. 11. *Antiquitat. Asiatic.* editam, neque priva columellis specie, neque, vt bene loquitur, *Bimardus* in Diss. I. ad *Muratorium*, p. 38. quadam *antiquitatis affectatione*,

one, id eſt, *priſcis & obſoletis* Herodis *aetate elementis exaratam*, ſed recentiori charactere, & confuſis verſibus renovaret Muratorius, adeoque vetuſtatis ipſi gratiam, literarumque veritatem adimeret. *Montefalco* certe *correctiorem*, vt ait, *Gruteriana* non dederat. Nullum enim aliud exemplar habuit, quod imitari poſſet, niſi *Gruterianum*, neque aliud quiddam proprie dixit, p. 140. 141. niſi quod antea dictum erat a *Salmaſio*, in *Notis ad Conſecrationem Templi in agro Herodis Attici Triopio*, p. 15. 23. 29.=32. 37. 42. 52.=57. addita ſcilicet cenſura *Bubierii* in *Diſſertatione de priſcis Graecorum & Latinorum literis*, p. 561. Immo cum vulgari ſcribendi genere columnis inciſa redderet *Montefalco*, nonnulla commiſit peccata, vel a *Chiſhullo* animadverſa, p. m. 12. vel ab *Hagenbuchio* in *Diatriba de Graecis Theſauri Novi Muratoriani Marmoribus*, p. 11.=16. caſtigata, veluti, quae noſter male aemulatus erat vers. 2. Ἐπὶ τῷ τρίτῳ, pro ἐπὶ τῷ τρίτῳ, & altera columnae parte Καταχθονιων Θεων, pro Χθονίων. Quod vero *Bubierius* in *Epiſt. Epigr. Hagenbuchii*, p. 42. animadverterat, illud vitium επι τω τριτω apud *Chiſhullum*, manu cuiusdam emendatum eſſe, id verum eſſe meum etiam exemplum declarat. Cf. *Hagenbuchius* ibidem, p. 74. 75.

C. 1. non *Rubeus*, ſed *Vinacceſius* ad *Rubeum* habet, eo loco, vbi minime quaeras, in Monumentis quippe ſingulorum ab incertis poſitis, p. 308. n. 13. An *Alantedoba* Deam quamdam topicam denotet, valde dubito. Immo feminae cuiusdam eſſe arbitror, quae vna cum *Sex. Cornelio Primo* communiter Deo Deaeve, cuius no-

nomen hic excidit, votum solverat: prorsus eodem modo, vti apud *Vinaccesium*, p. 311. n. 38. *Vincia Tertia* dicitur votum solvisse, incertum cui Deo, praeterito nempe vel obliterato eius nomine.

— 5. locus *Donianus*, ad quem hic respicitur, est V. 24. Facessat hic Deus *Erulus*, qui nusquam gentium est, legendumque necessario EPVLO. vti etiam apud *Gudium*, CXXXIII. 5. legitur.

— 6. Sect. VII. c. VII. p. 427.

CI. 1. vehementer timeo, ne totum illud adnotationis choragium de Dea *Fleri* ad nugas amandari, vniceque vera Epigraphe exempli *Rubeani*, p. m. 168. & *Reinesiani*, I. 35. haberi debeat. In sua certe suspicione velim *Muratorius* perstitisset, hanc Deae mercem a vico *Fleri* ortam, & intrusam fuisse titulo.

— 2. de *diis Aquileiensibus*, p. 295. *Monumentorum Veteris Antii.*

— 3. Longissime arcessita est illa *Glici*, vel potius, si vocem a γλυκων repetere nos oporteat, *Glyconis* Dei originatio. neque tamen quae lectio verior sit GlVCO *Reinesii*, I. 169. vnde GYLIO effictum, an GLISO *Donii*, I. 152. praestare ausim.

— 4. *Memorie Bresciane*, p. 74.

— 5. Apage illum Topicum Deum *Meuliviacum*, qui nullus est! legendum potius DEO MEP... i. e. MER*curio ViAco*, i. e. ἐνοδίῳ, viarum indici, vti iam ex *Hieronymo Surita* (*Praefat.* ad *Antonini Itinerar.* p. m. 746. ed. *Wessel.*) descriptus lapis est a *Grutero*, LV. 5. eumdemque titulum bene explicuit *Laur. Rami-*

mirez de Prado, in *Pentecontarcho*, c. 49. p. 272. ed. *Fabric.*

— 6. Hanc eamdem Inſcriptionem diu ante ſic, neſcio an corrupte, edidit *Petrus Leo Caſella*, de *primis Italiae Colonis*, p. 9. *Theſ. Ital.* Tom. I. P. I.

ORFITAE ATTICAE
G. APONI SABINI
PRAESTAE
V. S. L. M.

eamque locat Populeti in vico prope Veliam, vbi fluvius in Atram ſ. Aternum influit.

CII. 1. 2. 3. ex *Veteri Latio Profano*, Tom. VI. L. XI. c. II. p. 151. 152. omnes tres iam in *Gudiano* corpore, LIX. 12. LX. 1. & LIX. 14.

— 5. Procul dubio in lapide ſuperſtites erant hae duntaxat literae ... RERI argumento exempli Gruteriani, MX. 4. quam lacunam recte expleverat *Reineſius* CeRERI, atque ſic etiam legi oportere ipſe *Muratorius* ſupra, XXIX. 6. oſtendit. Nunc vero cum rudis harum rerum *Pacedianus* literam R in S. commutaſſet, haec aberratio mirificam nobis dicendi Deam, *Reſin*, quaſi Ῥῆσιν, enixa eſt.

— 6. de *diis Aquileienſibus*, p. 316. n. XII. Primum fuiſſe editum hunc titulum a *Iuſto Fontanino* in libro *Delle Maſnade*, *Venetiis*, 1698. 4. p. 76. auctor eſt *Paulus M. Paciaudi* de *Menſore Beneventano*, apud *Ioh. de Vita*, in *Theſauro Antiquit. Benevent.* p. 346. tum a *Turrio*, & tandem a *Ioh. Dominic. Bertoli Antichità d'Aquileia*, p. 109. n. 94. Spurium eſſe cenſuit *Maffeius* in *Critica Lapidari*, p. 210. Sed, vt

reor,

reor, ſine idonea ratioce, vid. *van Vaaſſen Animadverſionum Fragmenta* ad *Faſtos*, p. 298. 299.

—— 7. nunc eſt in Muſeo Vindobonenſi, integrioremque dederat *Maffeius* in *Obſervationibus Liter.* Tom. I. p. 182. n. 20. Sed cum *Silumium* nobis Deum venditaret, a *Bubierio*, & *Hagenbuchio*, *Silumium* in *Silvanum* abire iubentibus, iure reprehenſus eſt in *Epiſtol. Epigr.* p. 8. 17. 30. 452. 453.

—— 8. ex libro, vt ſuſpicor, cui titulus: *Diſcorſo ſopra l'Antichità della Città di Foligno*, in *Perugia*, 1618. 4. quo careo, ex eoque fortaſſis *Donius*, I. 151.

—— 9. extitit iam in *Fabrettinis*, X. 177.

CIII. 1. v. *Hiſtoire Genealogique de Royale Maiſon de Savoye*, Tom. I. c. 4. p. 29.

—— 4. eadem in *Grutero*, CLXIV. 8.

—— 6. *Itinere Dalmatico & Graeco*, Tom. I. L. III. ad p. 285. add. *Sponii* Iter, Tom. I. p. 275. & *Edm. Chiſhulli Antiquitates Aſiaticae*, p. 207. vbique templum eſt depictum, in cuius faſtigio titulus hic inciſus cernitur. Miror vero, praeteritum hic eſſe alium titulum templi Athenienſis, *Auguſto* & *Minervae Archegetidi* olim conſecrati a *Whelero*, Part. II. p. 469. *Sponio*que, Tom. II. ad p. 140. depictum, a *Chiſhullo* vero *Aſiat. Antiq.* p. 201. & *Corſino Faſtor. Atticorum* Tom. II. p. 161. illuſtratum. in cuius tituli principio, vt id obiter animadvertam, vix a me impetrare poſſum, vt credam, tot deſiderari verba, quot vult *Chiſhullus* εις ἠιμην και σωτηριαν της τε Ρωμαιων Πολεως, qualia non patiuntur lacunae anguſtiae, ſed vnicam mihi videri deeſſe vocem Ρωμης, ſtatimque ſubſequi και

Αυ-

Αυτοκρατορος, deque templum prius forte Minervae, Αθηναι Αρχηγετιδι sacrum, postea cultui *Romae* vrbis & *Augusti* concessum fuisse.

—— 7. accurate iam prodita est a *Grutero*, CXII. 7. cui schedae *Scaligeranae* in Bibliotheca Leidensi, vti eleganter SEMBETENNIS nomen depictum, sic haec adscripta habent: *In Sacello S. Martini ad aquas Bigernonum, infra discus & simpulum elegantissime sculpta.* vide quoque *Io. Dan. Schoepflini Alsatia*, Tom. I. p. 560.

—— 8. fortassis e *Guichenonio*, *Histor. Genealog. domus regiae*, Tom. I. p. 35. aut *Sponii Historia Genevensi*, Tom. II. p. 313. n. XI. ed. Genev. 1730. 4. Eadem interiecto vno folio repetitur, CV. 2.

—— 9. idem error est in nomine tribus TAB. pro FAB. qui supra, XCVII. 4.

—— 10. Poteratne *Bimardus* mittere, & *Muratorius* edere quid novi & incogniti, quod dudum ex *Apiano*, CCCCLXXXIX. & *Grutero*, CIV. 13. notum erat omnibus?

—— 12. Non meminerat *Donii* sui *Muratorius*, apud quem eadem iam typis descripta erat III. 58. non in ara, sed in columella olim incisa, cuius formam ante Donium dederat *Gruterus*, CV. 13. quod *Gorius* nesciit. Eamdem autem esse atque *Gruterianam* evincit locus *Morviedri*, quod nomen in *Sagunti* appellationem successit, tametsi hoc non intellexisse visus sit *Muratorius*, ad MCCCXCI. 15.

CIV. 1. Class. VII. 153. quo iure haec sepulcralis ara, sive Τύμβος, in votivis collocata fuerit, ipse videat *Muratorius*. Quae fortassis ratio

tio fuit, cur eidem postea in *Officiorum domus Augustae Classe* aptiorem locum assignaret DCCCXC. 3. sine anaglyphici tamen operis pictura. Neutrubi observaverat, diu iam e schedis *Langermannianis*, etsi cum aliquibus mendis, prolatam esse a *Reinesio*, IX. 91.

— 3. eiusmodi argutias non amat rei Epigraphicae antiquitas.

— 4. *Class.* I. 130.

— 6. cave credas, nunc primum lucem vidisse. Immo antea iam ediderat, literaque singulari F. denotari *Fontes* sibi persuasit *Anton. Valisnerius*, in quadam Epistola, cuius Epitomen dedit Museum Minervae Venetum (*La Galleria di Minerva*) Tomo V. Part. IV. p. 113. & Tom. VI. p. 213. add. *Giornale de' Letterati d'Italia*, Tom. VIII. p. 96. Sed *Antonius Moti*, Ictus Patavinus, teste *Iacobo Salomonio* in *Inscriptionibus Patavinis*, *Patavii*, 1708. 4. p. 218. longe verisimilius sic vertit: *Velleia P. F. Chreste Fecit Vivens* (potius *viva*) *Sibi Locum Monumenti*. Deserenda itaque Muratorii nostri interpretatio.

— 8. dudum quoque vulgaverat *Francisc. Adami*, in *Fragmento* de *rebus gestis* in *civitate Firmana*, L. I. c. 4. p. 5. *Thesaur. Ital.* Tom. VII. Part. II.

CV. 2. eadem paulo ante, CIII. 8.

— 3. Ingens discrimen *Buthroti in Epiro*, & *Lugduni* in Francia, quae loca huic titulo assignantur a *Donio*, I. 145. & *Grutero*, CXII. 5. vel sic tamen eadem videtur esse Inscriptio, etsi ap. *Gruterum*, TI.ERIVS, quasi TIbERIVS, & apud *Menestreium* in *Historia Lug-*

dunensi, p. 20. clare & plene TIBERIVS legatur.

—— 7. vel potius *Vinaccesio* ad *Rubeum*, p. 232.

—— 8. illatus iam est lapis *Museo Veronensi* vid. *Maffeium*, p. XCI. 3.

CVI. 1. *Petro Ioffredo* in *Historia Niciensi*, c. VI. p. 16. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. VI. vers. 5. legendum fortassis cum *Burmanno* in Praefatione ad *Tomum* hunc IX. p. [3.] *ornatus Equo Publico* vti apud *Gruterum*, CCLXIII. 7.

—— 2. Class. I. 147. ad quem locum v. *Gorium.*

—— 3. De Dea *Vacuna*, cuius templum non semel apud Liuium occurrit, & vbi Etruriae concilia habebantur, h. l. quicquam differere putidum foret post *Gudium* ad LVI. 9. interpretes Ovidii VI. *Pastor.* 307. *Montefalconem Antiquit. illustratarum*, Tom. I. L. III. C. IV. p. 341. & *Gorium* ad *Donii Inscriptionum Appendicem Miscellam*, n. 16. p. 556. & in *Museo Etrusco*, Vol. II. ad Tab. XIX. a p. 63. seq.

—— 4. *Donius* iam viderat & descripserat, I. 59. Cf. *Ioh. Lamius*, in Diatribe *Soprai Serpenti Sacri*, p. 49. Tom. IV. Dissertationum *Academiae Cortonensis*. Ediderunt quoque auctores Ephemeridum Italicarum, *Giornale de' Letterati*, 1744. Tom. III. P. IV. n. XII. p. 238. Sed monere lectores debuissent, dudum hominibus eruditis notam fuisse Epigraphen.

—— 5. Sed ex eodem *Caelestino* sui iam corporis mandaverat literis *Donius*, I. 65. postea ad *Museum Veronense* transiit, indice *Maffeio*, & interprete *Panthei* Dei, XCI. 1.

—— 6.

— 6. *Veronae Illustratae*, Part. I. p. 361. n. XLI. postea hanc ipsam plenius illustravit *Maffeius*, Christianisque asseruit titulis, in *Museo Veronensi*, CLXXVIII. CLXXIX. quem vide. Eamdem quoque in suo *Itinere* retulit *Brevalus*, *Remarks on several Parts of Europe*, Tom. II. p. 115.

CVII. 1. *Antiquitat. Hortae*, L. I. c. IX. p. 169. ed. Rom. 1723. 4. vel p. 63. *Thes. Ital.* Tom. VIII. Part. III. Rectissime *Muratorius*, *corcula* illa, inquit, *nihil aliud esse*, *nisi folia ad ornatum adhibita*, quod pluribus exemplis demonstravit *Reinesius* in *Praefat. Syntagm.* n. 3. addantur alia apud nostrum obvia, VII. 10. XI. 3. XII. 1. & sexcenta id genus alia, neque displicet mihi de huius tituli sententia opinio *Pauli M. Paciaudi* in *de Mensore Beneventano*, §. 16. p. 347. *Thesauri Antiquitat. Beneventan. de Vita*, sic scribentis: *cur non dicas Bathylianenses Mystas*, *aut Fratres Arvales Messori cuidam vi aestus absumto monumentum posuisse? Neque enim homini*, *cuius memoriae a mystis hic titulus excitatus*, *Messoris nomen fuisse crediderim.* Interim tamen vir doctus non negaverit, etiam hominibus datam esse nomen *Messoris* & *Messorii*. vid. Index Scaligeranus ad *Gruterum*, iungaturque exemplum *Messorii Victoris*, ap. *Spon.* Sect. VII. p. 249. & *Fabrett.* IV. 91. p. 261.

— 2. Class. I. 93.

— 3. *Beckingae* prope *Heilbronnam* ex *Seufferti* cuiusdam Programmate descripsit *Eccardus*, in *Franciae Orientalis* Tom. I. p. 9.

ſed antea iam *Sponius*, (cuius locum indicavi in *Periculo*,) ex *Reichelto* dederat, cuius exemplum imitatus eſt *Keyſlerus Antiq. Septentr.* p. 420. Longe vero accuratius ad fidem lapidis depicta eſt in *Monumentis Heilbronnenſibus*, apud *Schelbornium*, Tom. X. p. 1208. n. III. *Amoenitat. Literariar.* vnde apparet, non OVF. hoc eſt OVF*entina* tribu, ſed QVIR*ina*, neque verſ. 5. PR*aetor*, meo quidem indicio, ſed PoS*uit* legendum eſſe.

— 4. *Claſſ.* I. 123. in priori quidem editione *Gruteri*, LXXXVIII. 12. deſunt verba Κυρι χαιρε. ſed altera editio, qua neque *Gorius*, neque *Muratorius* vſus eſſe videtur, ex *Fabretti* emendatione pleniorem iam reddidit.

— 5. *Gorius* ad *Don.* I. 125. haud immerito ſuſpicatus eſt, ſcriptum eſſe FRONDOSIA F. eamque ob cauſam haec Epigraphe non tam crude repeti, aut in Indicis c. I. *Deo Frondoſiae* ſatis incondite poni debuiſſet.

— 6. 7. Claſſ. I. 128. 129. ad quae loca vid. *Gorius*. De *diis* eiusmodi *Adhaerentibus* ſingularis eſt diſputatio *Georgii Redii* (*Sopra gli Dei Aderenti*) in *Sylloge Diſſertationum Academiae Cortonenſis*, T. II. p. 107=131. quam *Maffeius* ſub examen vocavit, titulumque ipſum recentioris fabricae damnavit in *Obſervationibus Literariis*, Tom. IV. p. 219=222. Operam igitur luſerat *Franc. Car. Conradi*, cum *de Diis Adhaerentibus Diſquiſitionem Helmſtadii*, 1740. 4. edens per hos *Deos Adhaerentes* intelligeret Θεὺς παρέδρυς καὶ συνοπαδὺς, Genios hominum cuſtodes & comites.

— 8.

— 8. Apud *Gruterum*, CX. 4. *Reinesium*, I. 149. & *Gudium*, LXIV. 8. iam extare variis in locis *Epistolarum Epigraphicarum* annotarunt Duumviri doctissimi *Bubierius*, & *Hagenbuchius*, ipsiusque tituli rationem sic habuerunt, p. 20. 26. 27. 38. 39. 40. 50. 52. 105. s. 255. 298. 454. 561. 581. vt nihil amplius, quod observem, habeam. Id duntaxat historiae Epigraphicae caussa fortassis non inutile sit addere, hoc saeculo primum typis renovatam & illustratam esse ab incerto auctore Interpretationis: *Explication d'une Inscription trouvée a Bourbonne du R P. D. I.*) in *Memoriis Trevoltinis*, 1705. *Septembri* Artic. 143. p. 1604. quae disputatio paulo post migravit in hanc Syllogen, *Dissertations Historiques sur divers sujets de l'Antiquitez*, *Paris* 1706. 8. p. 30=38. cuius auctorem esse Iesuitam *l'Empereur* indicavit *Keysterus*, *Antiq. Septentr. & Celt.* p. 251. (f) deinceps *H. Gautierium* in *Dissertation sur les Eaux Minerales de Bourbonne* tractasse, vnde decerptum rursus vidi in *Memoriis Trevoltinis*, 1716. mense Maio Art. LVII. p. 958. explicatamque a *Tourneminio* Iesuita, ibidem eodem Anno Art. LVIII. *Explication de la premiere Inscription de Bourbonne par le P. Tournemine Iesuite*, p. 959. sequ. tandem in libro similis argumenti *Gautieriani*, sed vitiosiorem dedisse quemdam *Baudryum*, Medicum, (*Medecin des Hopitaux du Roi & Intendant des Eaux Minerales de ce lieu*) in *Traité des Eaux Minerales de Bourbonne les Bains*, *contenant une Explication Methodique sur tous leurs usages à Dijon*, 1736. 8. v. *Iournal des Savans*, Tom. 116. A.

1738. *Septembri*, p. 96. vbi huius libri auctor, p. 104. dicitur scripsisse, nusquam melius & accuratius eamdem Inscriptionem, quam ab auctore similis libri A. 1590. *Lugduni* editi, hunc in modum promulgatam fuisse.

BORBONI THERMARVM DEO
MAMMONAE CALATINIVS
ROMANVS IN GALLIA PRO
SALVTE COCILIAE VXORIS
EIVS EX VOTO EREXIT.

Si hoc est, accuratius describere, lapidem supplementis deformare, nemo diligentior isto homine antiquitatis custos fuit. Attamen bonum factum, longe incorruptius a *Io. Dan. Schoepflino* in *Alsatiae illustratae Conspectu*, p. 17. sic tentatum esse: C. LATINIVS ROMANVS INGENVVS PRO SALVTE COCILIAE FILIAE EX VOTO BORBONI THERMONAE addita hac interpretationis formula: *Haec nimirum Nympha thermis illis praeesse credita, unde forte Thermonae agnomen.*

— 9. vers. 3. rarum in lapidibus *Mercurii Menestratoris* cognomen, praeter *Sponium* & *Fabrettum*, locis a me in *Periculo* laudatis, etiam *Malvasia* in *Marm. Felsin.* Sect. VIII. c. VI. p. 490. offert.

— 10. Si verum est, quod scribit *Morellus Mauturius* in *Observationibus ad Inscriptionem* huius *laminae*, teste *Bubierio* in Epistola ad *Hugenbuchium*, p. 115. inventam eam fuisse A. 1679. frustra sane quis eam quaerat apud incertum Auctorem libri *de antiquis Bibracte seu Augustoduni Monumentis e Museo Edmundi Thomae* longe citius *extracti Lugduni*, 1650. 4.

ide-

ideoque primarium eius fontem *Baudelotium Daervallum* in libro *de Vtilitate Itinerum*, Tom. I. p. m. 148. recte nominarunt Duumviri eruditissimi *Hagenbuchius*, in *Epist. Epigraph.* p. 70. & *Bubierius*, p. 115. qui novissimus etiam *Montefalconis* in *Antiquit. illustr.* Tom. II. P. II. L. V. ad p. 436. Tab. CXCIII. 1. non oblitus est. Schedarum itaque *Muratorianarum* non magna dos fuit, neque animadversionis eius magna laus, cum diceret, *Deam Bibracten prorsus* sibi ignotam esse, tutelaremque, (quasi *Larem* Baudelotianum) *Publii Caprilii* fuisse, cuiusmodi interpretatio nominandi casui PACATVS manifesto repugnat. Immo *P. Caprilius Pacatus Deae Bibracte*, h. e. Deae tutelari sive principi illius oppidi, quod olim *Bibracte* vocabatur, votum solverat. Aliunde enim satis constat, Dis Deabusque vrbium & locorum cognomina fuisse indita, exemplo non vno lapidum literatorum, velut *Deo Penino*, vel *Pennino*, a Pene, vico Massiliae proximo, *Grut.* LIV. 6. *Spon.* III. *Misc.* XXX. p. 85. & *Murat.* VIII. 6. *Deo Nemauso*, *Grut.* MLXXIV. 9. *Reines.* I. 107. & III. 11. item *Spon.* III. *Misc.* XCI. XCII. p. 111. *Deae Nortiae*, *Rein.* I. 131. *Don.* I. 150. *Deae Aventiae*, *Grut.* CX. 2. 3. *Deae* SEG*usianorum*, *Spon.* III. *Misc.* LXXXVI. p. 109. *Vesontio*, in antiquo lapide Vesontione reperto, & illustrato, a *Dunodo* in *Ephemeridibus Helveticis* (*Journal Helvetique*, 1743. Ianuar. p. 5.) — Cui vero hodierni nominis loco, vel oppido vetus *Bibracte* accommodari debeat, quis extra illos Franciae fines locatus inter tot Geographorum divortia sententiarum iu-

dex sedere aut velit aut possit? Plures quidem per *Bibracte* intelligunt *Augustodunum*, (vulgo *Autun*,) velut auctor incertus libri antea laudati, tum *Nicol. Naultius*, in *Histoire de l'Ancienne Bibracte appellée Autun*, *Autun.* 1688. 12. *Francisc. Baudotius*, in *Lettre en forme de Dissertation sur l'Ancienneté de la ville d'Autun & sur celle de la Ville de Diion*, *Diion* 1710. 12. (v. *Mémoires de Trevoux*, 1712. *Mense Aprili* Art. 53. p. 680.) praeterea *Martinius*, in libro *de religione veterum Gallorum*, Tom. II. p. 202. quocum proprie contendit *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 123. sequ. item *Montefalco*, *Antiq. Expl.* T. II. P. II. p. 433. & tandem *I. Breval*, in *Remarks on several Parts of Europe*, Tom. I. p. m. 207. Alii tamen de monte quodam accipiunt quatuor circiter lapidibus ab *Augustoduno* remoto, *Beuvray*, sive *Bevray*, sive *Beuvret*, vti *Valesius* in *Notitia Galliae*, *Carolus Stephanus*, in *Lexico Historico*, voc. *Bibracte*, p. m. 233. & *Philibert. Bernard. Morellus Mauturtus*, (*Moreau de Mautour*) in Obseruationibus, (*Observations sur une Inscription antique gravée sur bronze, concernant la ville de Bibracte*) continuationi Memoriarum *Salengrianarum Desmoletsianae* Tomo IV. insertis, cuius, an *Martini* sententiam amplecti debeat *Bubierius*, apud *Hagenbuch. Epist. Epigr.* p. 116. 117. 233. 234. dubius haeret. Interim superioribus annis aliud coniecturarum genus natum erat, nominatim *Iacobi l'Empereur*, Iesuitae, qui *Bibracte*, Montem Bifractum (*Briscou*) iuxta *Augustodunum* interpretatus, in *Dissertation Historique sur l'ancienne Ville de Bibracte*,

quae

quae primum obtinet locum in eius Sylloge Disputationum, (*Dissertations Historiques sur divers Suiets d'Antiquité, à Paris* 1706. 8. p. 1=14.) Cf. *Memoires de Trevoux*, A. 1704. mense *Octobri*, Art. 160. p. 1804. & A. 1706. Art. 172. mense *Decembri*, p. 2097. tum *Hugonis* cuiusdam *Salini*, Medici, qui natale oppidum suum *de Beaune* intelligi volebat in *Lettre contenant des Reflexions sur la Dissertation Historique*, à *Beaune* 1708. 12. (v. Ephemerides Parisienses *Iournal des Savans*, 1709. *mense Martio*, p. 521. & tandem alius cuiusdam incerti auctoris Dissertationum Historicarum & Geographicarum (*Dissertations Historiques & Geographiques sur l'état de l'ancienne Gaule*, à *Avignon* 1712. 12.) in Ephemeridibus Parisiensibus iisdem, A. 1712. *Iunio*, p. 609. indicatarum, vnde p. 617. cognovi, eum negasse *Bibracte* fuisse *Augustodunum*, sed existimasse, isto nomine subintelligi oportere *Vieille Brieude sur l'Allier, à present dans l'Auvergne.* Quarum tamen opinionum architecti nullos, quantum sciam, vel suffragatores vel plausores habuerunt.

CVIII. 1. hunc ipsum lapidem, cuius Epigraphe iam supra adfuerat, L. 6. velim contendas cum typo *Musei Petaviani*, s. *PA. P. Antiquariae Supellectilis Portiunculae*, *Paris.* 1610. fol. Tabula, si numeres, VII. vel Tom. II. *Thesauri Salengriani*, p. 1013.

— 2. Domburgi scilicet in Zeelandia. Non facile erat detegere locum *Montefalconiani* libri, quem occultaverat verius, quam indicaverat *Muratorius*. Reperi tamen in eius *Antiquitat.*

tat. Explan. Tom. II. Part. II. Tab. CXCIV. ad p. 444. * vnde minus accurate titulum esse descriptum mihi constitit. In principio enim omissa vox est DEAE. neque vers. 1. NEHALLENIAE sed NEHELENIAE, vti vers. 2. non FLETTVS, sed FLET†VS pingitur, quasi in lapide sit Monogramma FLET†VS h. e. *Flettius*. Quomodo vero dicere poterat, *tres alias similes protulisse Reinesium?* cum hunc ipsum ante *Montefalconem* non modo *Reinesius*, I. 184. & *Sponius* III. *Misc.* p. 110. n. 9. tametsi paululum vitiose, sed plures etiam alii viri docti, a *Keyslero Antiq. Septentr. & Celt.* p. 242. (b.) laudati, emendatiorem dederint.

—— 3. Hunc lapidem Duumviri Benedictini in *Itinere Literario*, Tom. I. P. I. p. 306. 307. *Monlerani* viderunt, nec sine lectionis & versuum varietate bis descripserunt, ita vt nescias, censerine in votiuis, an sepulcralibus debeat.

—— 4. mera hic insunt nominum περαττολογήματα praeter duo duntaxat, tanquam, vers. 2. non videtur esse *Eosemanus L. L. Licinius*, vt in *Indice* memoratur, sed *Licinianus*. Licinii enim nomen gentililium est: neque de Pompeio HELIoD*oro* intercedo. Cetera quis verisimiliter, ne dicam ex vero, divinet?

—— 5. rursus obscurissime indicatur *Montefalco*. Sciendum autem est primum editam fuisse a *Guichenonio*, in *Histor. Reg. dom. Sabaudiae*, T. I. p. 32. tum *Nicolao Chorierio*, in *Antiquitatibus Viennensibus*, mox *Sponio*, de *ignotorum Deorum aris*, p. 249. Tom. VII. *Thes. Ant. Graec.* & III. *Miscellan.* LVI. p. 97. po-

postea *Soucieto*, in Inscriptionibus *Leyssinianis* (v. *Memoires de Trevoux*, 1720. *Maio mense*, Art. XLI. p. 933.) porro ex schedis *Alexandri Fichetti* a *Gudio*, LXIII. 6. & tandem ex literis viri doctissimi *Abauzit*, Genevensis, a *Montefalcone*, in *Supplem. Antiquit. Explanat. & Schemat. illustratae*, Tom. II. L. VII. c. VII. p. 237. Frustra a nonnullis hominibus doctis quaesitum est, quae *Comedovorum Augustorum* nominis causa subesset. *Guichenonius* l. l. *forte* inquit, COMEDONIS, *sive Epulonibus Augusti*, *qui parabant epulas in Augusti templo*, *sicut Epulones Iovi*, quam *Martinius* in libro de *Religione Veter. Gallorum*, Tom. II. L. IV. c. XXVI. p. 299. non iniuria explodit. aeque ioculari coniectura *Montefalco* suspicatur l. l. p. 237. *hoc nomen a comedendis ovis ortum videri*, *quasi numina istaec ova comedere soleant*. Immo recte ad Deos topicos retulit *Masseius* in *Museo Veronensi*, p. LXVIII. *Plurali*, inquiens, *numero aliquando efferebantur. Comedovis Augustis exscripsi in Sabaudia.*

— 6. *Inscriptionum Florentin.* Tom. I. p. 117. n. 103.

— 7. Obliviosus sane fuit *Muratorius*, cum eamdem iam supra, X. 4. allatam inutiliter rursus apponeret.

— 8. immo *Vinaccesio*, ad *Rubeum*, p. 310. n. 30. alieno plane loco, in *Monumentis* quippe *Singulorum ab incertis positis*. deest in principio Deus Deaque, cui *L. Aemilius Clarus Boxarthae Filius* Votum solverat. Simili prorsus modo, uti mox apud *Vinaccesium*, *Vincia Tertia* V. S. L. M. p. 311. n. 38.

CIX.

CIX. 2. Eamdem rurſus in officiis Militaribus DCCCXLIV. 1. recenſuit.

— 3. *Antiquitat. Hortae*, L. I. c. 8. p. 148. ed. Rom. vel p. 55. *Theſ. Ital.* Tom. VIII. Part. III.

— 4. vid. Claſſ. I. 10. & ad eum l. *Gorius.*

— 6. Ex eodem *Paullo Gallerato* iam Donius., I. 88. ad quem locum nonnulla animadvertit *Gorius*, neſciens tamen eamdem bis a *Grutero*, XCVIII. 2. & MXIX. 2. emendatius relatum eſſe, cuius exemplo inducor, vt credam, feminae nomen eſſe *Liparae Valerianae*, vt Index Nominum Propriorum *Gruterianus* & *Donianus* exhibet, *Kiparae* vero *Muratoriani* Indicis ferri non poſſe. E contentione autem duorum *Gruteri* exemplorum ara in integrum reſtitui & conſecrari debet FATIS, non NATIS.

— 7. Non e *Ligorianis* demum ſchedis diſcendus erat titulus, ſed dudum iam e ſchedis Barberinis magiſter eius fuit *Sponius*, VIII. *Miſc.* p. 269.

— 8. Rurſus docemur, *Muratorium* noſtrum *Doniano* corpore non in omnibus cauſis vſum eſſe. Hic e ſchedis *Capponii* quaſi ανεκδοτος profertur, qui, vt puto, incorruptior legebatur ap. *Donium*, VI. 55. vers. enim 3. clare PARTH*icae* pro ADI. quamquam non nego *Fabrettum* quoque X. 317. ſic edidiſſe.

— 12. Denuo *Rubeum* nominavit, qui *Vinaccesius* eſt ad *Rubei Memor. Brixianas*, p. 312.

— 13. Praeter rem *Donius* in *Appendice Miſcella Omiſſorum*, n. 7. p. 555. & *Gudius*, CXXXV. 7. cedere debuerunt ſchedis.

CX.

CX. 1. prope *Monasterium* v. *Inscriptiones Aquileienses* ad *Monumenta Veteris Antii*, p. 396. n. 31.

—— 2. haud dubie ex eius libro de *Antiquitate Fulginat.* Sed ante eum iam ex *Iac. Phil. Tomasino* de *Donariis*, c. XXXIV. p. 224. descripserat *Reinesius*, I. XI. pluribusque illustraverat.

—— 3. immo est e *Donio*, I. 148. non *Gorio*, de qua commixtione supra, Miss. I. p. 5.

—— 4. Classſ. I. 120.

—— 6. *Bimardus* suum dissimulare fontem non debuisset, qui vel *Itineris Literarii* Auctorum, Tom. I. Part. I. p. 293. vel *Martinii* de *Religione Veterum Gallorum*, Tom. II. L. IV. c. 27. p. 200. est.

—— 7. 8. Class. I. 150. & 149. *Gudius* quoque octavam numero dedit, LXIV. 2.

—— 9. Inscriptio mutila: longe plenior est ap. *Fabrettum*, X. 172. & in ipso *Museo Moscardo*, Part. II. p. 385. vbi elegans pictura lapidis.

—— 10. *Inscript. Florentin.* Tom. I. p. 18. n. XXVIII.

—— 11. Quis non miretur Muratorii oscitantiam! Eamdem Inscriptionem ter dedit. Primum hoc loco e schedis suis: iterum CXXVIII. 5. e schedis *Cattanei*, aliter dispositis versibus: tertium, MCV. 7. e schedis *Farnesiis*, nusquam in memoriam sibi revocans, aut a *Malvasia* in *Marm. Felsineis*, Sect. VIII. c. VIII. p. 487. aut *Donio*, VI. 143. occupatam esse, neque vsquam suae interpretationis recordatus est. Mox enim CERerem IVLiam, mox per triplex

CCC.

CCC. *Coloniam Constantis Claritatis*, mox *Coloniam Claudiae Claritatis Iuliae* intelligi posse ratus. Sic *Livia* quoque *Ceres Iulia Augusta* appellatur in marmore *Gauli* insulae, a *G. Gualthero* descripto, in *Monumentis Siculis*, Tom. VII. *Th. Sic.* p. 865. 866.

— 12. iam dudum *Bonannus* in *Museo Kircheriano* sic descripserat, Class. II. p. 66. atque per hos *Sindeos Antiates* intelligunt *Gorius* in *Praefat.* ad *Donium*, p. LVII. & *Greg. Redius* in Diatribe, *Sopra gli Dei Aderenti*, p. 118. Θεὺς Συνναοῦς. Sed quem titulum ridet *Maffeius*, in *Observation. Litterar.* Tom. VI. p. 221. 222.

CXI. 1. dudum iam apparuit in *Appendicula Thesauri Gruteriani*, MCLXXVIII. 16. diligenter tamen, vt solet, arae huius & literarum formam post Camdenum, & *Galeum* ad *Iter Antonini*, p. 6. expressit *Ioh. Horslaeus*, in *Britannia Romana*, L. II. c. 3. Num. 32. XCV. & secundum hunc *Wesselingius* ad *Antonini Itinerar.* voc. *Bremenio*, p. 465. qui *Bremenium* non cum *Galeo Bramton*, sed cum *Horslaeo Reichester* denotari existimat. Primi versus siglas D. R. S. per *Dianae Reginae Sacrum* explicari posse ita censuit noster, vt interpretationem quoque suam, tamquam ratam & fixam, Indici Deorum intruderet. *Deabus Rumabus* supplet *Galeus* levi sane suspicione: neque certiore veri specie *Deae Romae*, legendum esse putat *Horsleeus*. Pari enim divinationis iure procreari possit *Deae Reginae Sacrum*, vti ap. nostrum, CXII. 9.

— 2. *Acta Eruditorum Lipsiensia* hic praesta-

stare nihil possunt. Si quid eiusmodi retulerunt, non alia nisi *Martini Listeri*, in *Transactionibus Philosophicis*, Num. 145. vel *Galei* ad *Antonini Itinerarium*, p. 9. fide referre potuerunt. Neutrum arae exemplum, neque superius, LXXIII. 4. neque hoc, quod inaniter redit, *Galeano*, multo minus *Horslaeano Britann. Romanae*, Tab. 54. n. II. exemplari respondet.

— 4. In fine apud *incertum Scriptorem Inscriptionum & Epitaphiorum, quae Antiquariae reperiuntur*, a *Salengrio* editum, Tom. III. *Thes.* p. 844. sic legitur:

VOTVM
A. L. S.

quas siglas illius libri auctor ita explet: *Votum Altare Laribus Sacravit.* ineptissime! Immo *Animo Lubenti Solvit.*

CXII. 1. ad *Epitaphium Severae Martyris*, p. 90. nihili verbum est ΑΓΕΜΩΝΟΣ. Recte *Lupus:* Αγεμονος, Dorice, pro Ηγεμονος, vel Ηγεμονευοντος, duce, vel sub auspiciis regis Hieronis. Cf. *Vulpium* in *Epistola* C *Inscriptionum* apud P. *Calogeram* in *Opusculis*, Tom. XIX. p. 162. n. 70.

— 2. *Dominicus Matthaeus* est vulgari nomine, *Domenico Barnaba Mattei dell' antico Tusculo*, p. 83. sive in *Memoriis Historicis antiqui Tusculi*, p. 33. Tom. VIII. Part. IV. *Thes. Ital.*

— 3. lucem iam viderat opera *Vinaccesii* ad *Rubeum* in *Memoriis Brixianis*, p. 311. n. 38. vbi VINCIA.

— 5.

— 5. Vid. *Lucubratio Epiſtolica*, p. 11. n. XX.

— 6. vix credi poſſet, niſi rerum argumenta loquerentur, adeo incurioſum fuiſſe noſtrum, vt neſciret, iam in editis *Cyriaci* locum invenisſe, p. VII. n. 58. ibique non ΣΤΡΑΤΟΚΛΗ, ſed ΣΤΡΑΤΟΚΛΗΞ pro ΕΤΡΑΤΟΚΛΗΣ ſcriptum videri. vers. 3. ΤΙΜΑΙΟΝ ΘΕΟΙΣ reddidit *in Honorem Deorum*, quaſi εἰς τιμὴν θεῶν nullo exempli argumento. Longe gravius peccauit, cum non ſolum huius, vt videtur, arae, vel Sacelli Epigraphen infra rurſus e ſchedis Cyriaci, quaſi ἀνέκδοτον, loco alieno, in Affectibus Fratrum, MDXIII. 5. repeteret, ſed etiam ridicule redderet, *Timaeum Diis* ſc. *commendant*, nec Τιμαῖον, tamquam hominem, in Indice Graeco poni vetaret.

— 7. *apud Naſſaviae Principem*. male! Immo in Mauſoleo Bergendalenſi Naſſaviae Principis Mauritii. Non autem ſolus eſt *Cuperus* in *Monumentis antiquis* poſt *Harpocratem*, p. 226. qui edidit, nec vna lectionis varietas. Noſter vers. 2. HLVDONIA, invito *Cupero*, qui HLVDANIA, vti etiam *Ioh. Aegidius Egmonda-Neoburgus*, in Itinere Mſc. *Altingius* in *Notit. Germ. Infer.* Part. I. p. 102. HLVDANAE, eodemque modo *Cannegieterus* de *Brittenburgo*, p. 31. verſu 4. C. TVBBIVS *Cuper.* & *Murat.* C. TIBERIVS VERVS *Alting.* minus bene! C. TERTIVS VERVS *Egmonda-Neoburgus*, C. TREBIVS VERVS, *Cannegieterus*, ſed de Trebio nomine nihil praeſtare vult.

— 8.

— 8. *Bimardus*, vt reor, mutuatus est eum titulum ab auctore Excerptorum Epistolae cuiusdam (*Extrait d'une Lettre de Toul*) in Continuatione Memoriarum *Desmolesii* obviorum, (*Continuation des Memoires de Literature*), Tom. III. Part. II. p. 448. vbi vir doctus hariolatur, Iulianum Imperatorem quatuor Dis *Iovi*, *Neptuno*, *Herculi*, Deaeque *Cereri* templum consecrasse.

9. Ex *Herman.* ut videtur, *Crombachio* incertum, quo libro, *Primitiarum Gentium seu Historiae Sanctorum trium Regum Magorum*, *Coloniae*, 1654. fol. an *Vitae & Martyrii S. Vrsulae & sociarum vndecim millium Virginum*, *Colon.* 1647. fol. Inde etiam habuit *Wesselingius* ad *Antonini Itiner.* p. 372. voc. *Egorigiovicus*, itidem non nominato libro, quod mihi argumento est, aliunde eum accepisse. Cf. *Act. Erudit. Lipsiens. Supplementa*, Tom. IX. Sect. VIII. p. 348.

CXIII. 1. Quid quaeso Matri Deum, quam vult supra XXXI. 1. Αγγιστιν a Phrygibus dici, necessitudinis est cum Angitiis? Quamquam dissimulare nolo, legendum illic potius esse ΑΓΔΙCΤΕΙ, quam ΑΓΓΙCΤΕΙ, meque *Casauboni* ad *Strabonem*, X. p. 719. (2.) & *Gallandii* ad *Sponium*, p. 98. sententiam maxime probare, propter *Arnobii* locum, V. *adv. Gent.* p. 165. seq. attamen hoc loco duntaxat significare placet, malle me ANGITIAE quam ANGITIIS. exemplo *Reinesii*, I. 236. & Gud. LIV. 9. vid. *Diatribe* mea de *Dea Angerona*, c. 3. p. 32.

— 2. *Antiquit. Explicat. Supplement.* Tom.

IV. Tab. IX. 2. ad L. I. c. V. p. 14. ex *Boisfardi* libro ſcripto.

CXIV. 1. Nonne praeſtitiſſet *Bimardi* exemplum ſequi, qui eamdem ſupra in *Appendice Diatribes*, n. 1. p. 64. ex ipſo fonte ſuo, hoc eſt, *Gaſp. Thomae Thaumaſſerii* Hiſtoria Bituricenſi, (*Gaſpard Thomas de la Thaumaſſiere Hiſtoire de Berry*, *Paris* 1689. fol.) p. 754. non e rivulo hauſerat? Hac in cauſa autem *Acta Lipſienſia* in rivulis habenda eſſe quis neget? *Thaumaſſerii* enim librum in compendium miſerant, Tom. III. *Supplem.* Sect. I. p. 33. ſequ. Excuſari tamen poteſt *Muratorius*, quoniam ipſe *Bimardus*, l. l. ait, *librum* eſſe *Gallis tantum notum*, *& in quo pauci Antiquitatum ſtudioſi notitias rerum antiquarum quaeſituri ſunt.* Si autem, vt ſcribit *Bimardus*, hic lapis Biturigibus, A. 1687. effoſſus eſt, miror ſane, qui fieri potuerit, vt *Hadr. Valeſius* X. vel XII. annis ante eius lapidis mentionem faceret, in *Valeſianis*, p. 42. *Solimaram*que eius loci Deam eſſe ſuſpicaretur. Interim haud diffiteor, me non multum a *Muratorii* noſtri ſententia abeſſe, quin exiſtimem, *Solimaram* non tam Deae, quam feminae cuiusdam Firmanae Filiae, nomen hic tradi, quoniam *Solimarus* etiam occurrit in lapidis literati titulo, apud *Opitium*, in *Variis Lectionibus*, c. v. quem e *Montefalcone* non admodum emendate infra deſcripſerat noſter CCXLVI. 4. & Q. *Solimarius* in alio titulo apud *Cannegieterum* de *Dea Burorina*, p. 58. quem virum accurate doctum velim ad h. l. legas ibidem, p. 59. 60.

T.

T. F. LENTZ,

ANIMADVERSIONUM IN PLATONIS PHÆDRUM SPECIMEN.

PARS PRIOR.

Divini Platonis dialogis, e quorum lectione miram semper voluptatem cepi, præcipue ejus *Phædrum* adnumero; cujus vera festivitas, grata rerum varietas & orationis elegantia ita animum meum allexerunt & tenuerunt, ut ad interiorem dialogi cognitionem, sine qua verus pulcri verique sensus nullo modo esse potest, pervenire quam maxime cuperem.

Huic desiderio Animadversiones meæ qualescunque suam debent originem, quarum exhibendi specimen occasionem, quam Libri hujus institutio mihi offert, eo libentius arripio, cum diu sit, quod in scriniis latuerint.

Hermiæ Commentario MS. ægerrime carui. Neque separatas nostri dialogi editiones, quarum meminit *Fabricius* in *Bibl. Græca* Vol. III. p.

 138.

138. *in nova Harlesii editione*, videre mihi contigit. Memini præterea, ni memoria me fallat, me alicubi legere, *Sydenhamum*, virum bene de Platone meritum, hunc dialogum Anglice dedisse; ipsum autem librum frustra quæsivi. Hæc ideo tantum moneo, ut lectores intelligant, non meæ culpæ esse adtribuendum, si non omnia, quæ ad interpretationem aliquid adferre possint, hic inveniant, erroribusque meis facilius ignoscant.

Inscribitur vulgo noster dialogus περι καλου; ab aliis tamen alio nomine laudatur. Titulus, quo est apud *Diogenem*, L. III. 58, περι Ἐρωτος scilicet, accuratius argumentum indicare mihi videtur. *Clemens Alexandrinus*, ad nostri dialogi locum respiciens, eum citat sub titulo περι ψυχῆς, *Stromat. V.* p. 572. D. Quo nomine alioquin *Phædonem* significari constat; forsan memoria fefellit Virum Reverendum. *Themistius*, *Orat.* II. 32. C. ex Platano totum dialogum denominat.

Stilum quod adtinet, tanquam inflatum, grandisonum & dithyrambum spirantem veteres eum reprehendunt, *Dicæarchus* ap. *Laertium* III. 38. *Olympiodorus* in Platonis vita, p. 584. *Dionysius Halicar. in Ep. ad Pompeium* §. 8. Cum quibus facit Anonymus Platonis vitæ scriptor, quem debemus Doctiss. *Heeren*, Professori Gottingensi, qui publici eum juris fecit in *Bibliothek der Alten Litteratur und Kunst*, *Funftes stuck.*

Primum præterea hunc dialogum scripsisse Platonem volunt, idque eo etiam probari, quod quæstio proposita juvenile quid habeat; conf. *Diogenes*, III. 38. itidem *Olympiodorus* &

Ano-

Anonymus modo laudatus; ex impurissimo autem fonte, ex invidia, qua Lysiæ famam prosequebatur, eum fluxisse dolendum foret, neque tamen *Dionysius Halicar.* ab hac opinione alienus videtur, vid. l. l.

Personæ dialogi sunt *Socrates* & *Phædrus.* Prior satis notus, posteriorem e convivio Platonis novimus, quo cum cæteris Amorem laudat. A Platone amatum fuisse, testatur *Diogenes* III. 29., quod itidem significat scriptor *Amorum*, inter *Luciani* opera T. V. p. 284. (*Edit. Bipont.*) Hæc sunt præcipua, quæ de eo ad nos pervenerunt.

Restat, ut moneam, me usum esse Editione Bipontina, in cujus volumine X noster dialogus exstat.

I. *Introductio.* Socrates Phædro obambulanti obviam fit illumque compellat, cumque audisset, illum a Lysia, præclaro oratore, venire, huncque de Amore disputasse, nihil antiquius, nihil prius habet, quam ut Phædrum roget, ut Lysiæ disputationem enarret, argumentum quippe tractantem sibi, qui non nisi ἐρωτικὰ scire profitebatur, quam maxime adcommodatum. Phædrus vero, eorum, quæ audiverat, admiratione adhuc plenus, auditaque expromendi cupiditate quamquam flagrans, vario tamen prætextu Socrati morem gerere recusat. Hic vero forte fortuna libellum, quem Phædrus sub pallio absconditum tenebat, detegit, simulque scriptum Lysiæ sermonem esse vere conjicit. Qua præda lætus Socrates, se Phædrum, etsi iam a Lysia disputata enarrare gestiat, ne audire quidem

velle profitetur; sed ipsum libellum sibi prælegi postulat. Dicto tandem obediens Phædrus Socratem in locum amoenissimum ducit, ubi in platani longe lateque ramos spargentis umbra ad frigidæ aquæ fontem considunt. Ante vero quam Phædrus legere incipit, ex loco, in quo multa Deorum Dearumque templa & imagines erant positæ, aliam tractandi quæstionem, de antiquorum scilicet mythorum fide, occasionem sumit Plato, qua occasione suam de iis sententiam breviter, sed prudenter & caute exponit.

Pag. 280. — — Πειθομενος Ἀκουμενῷ. Ἀκουμενος præclarus illius temporis fuit Medicus, uti etiam ejus filius Eryximachus, qui inter cæteros in Symposio amorem laudat. Ambo adhuc memorantur in nostro dialogo, & sæpius alibi, conf. Cl. VALCKENAERIUS ad *Xenoph.* M. S. p. 248.

Ibid. — ἐν τῇδε τῇ πλησιον τοῦ Ὀλυμπιου οἰκιᾳ τῃ Μορυχιᾳ. Ad hunc locum pertinet TIMÆI glossa in v. Μορυχια, ad quam omnino videndus est doctissimus Interpres. De templo Jovis Olympii vid. MEURSIUS *Athen. Attic.* Cap. 10. Præterea Luciani *Amorum* initium ad nostri dialogi initium mihi adumbratum videtur.

Ibid. ἠ δηλονοτι τῶν λογων ὑμᾶς Λυσιας εἱστια; Sic vulgo cum interrogationis signo scribitur; mihi vero nativa loci festivitas restitutum iri videtur, si pro signo illo punctum ponatur, & pro ἠ legatur ἦ, quod est adfirmantis, *certe*, *sine dubio*, ita ut sensus sit: *sine dubio videlicet sermonum epulis Lysias vos accepit.* Ironia Socra-

cratis personæ maxime conveniens, qui per totum dialogum Lysiam irridens & ludens inducitur.

P. 281. Τι δε; οὐκ ἀν οἰει με, κατα Πινδαρον κ. τ. λ. — Ad eundem Pindari locum respicit PLUTARCHUS *de Genio Socratis*, non longe ab initio. Eodem fere sensu dixit CICERO: *nam & otiosi sumus, & iis de rebus agimus, quæ sunt etiam negotiis anteponendæ*, *de Nat. Deor. II.* 1. Aliis verbis eadem sententia est in *Gorgia* IV. p. 28. ἐμοι δ' οὖν μη γενοιτο τόσαύτη ἀσχολια, ὡςε τοιούτων λογων και οὑτω λεγομενων ἀφεμενῳ προὐργιαιτερον τι γενεσθαι ἀλλο πραττειν.

Ibid. Και μην, ὦ Σωκρατης, προσηκουσα γε σοι ἡ ἀκοη κ. τ. λ. Respicit scilicet Phædrus ad id, quod Socrates de se prædicare solebat, se nil nisi ἐρωτικα scire, qua de re vide *Sympos.* X. 176. *Theag.* II. 18. *Xenophont.* M. S. II. 6. 28. *Maximum Tyr.* XXIV. 4., præterea *Themistium Orat.* XIII. ab initio, ubi mox laudatum e Symposio locum ante oculos habuit. Sic amabilis ille εἰρων de se profitetur: εἰμι δ' ἐγω τα μεν ἀλλα φαῦλος και ἀχρηςος, τοῦτο δε μοι πως ἐκ θεοῦ δεδοται, ταχυ οἱῳτ' εἶναι γνῶναι ἐρῶντα τε και ἐρωμενον. in *Lyside* V. 213.

Ibid. — και κατα Ἡροδικον, προσβας τῷ τειχει — — *ut Herodicus solet.* Fuit hic Herodicus Medicus & Gorgiæ Sophistæ frater, *Gorg.* IV. 6. In *Lib.* 3. de *Rep.* VI. 301. dicitur παιδοτριβης, & primus gymnasticam cum medicina conjunxisse, conf. præterea *Plutarchus* de S. N. V. p. 85. *edit.* Cl. *Wyttenbachii.*

P. 282. δεομενου δε λεγειν τοῦ τῶν λογων ἐρατεῦ,

ἐθρυπτετο ὡς δη οὐκ ἐπιθυμῶν λεγειν. Sic mox in nostro dialogo, p. 299. και ὁτι ἐπεθυμει μεν λεγειν, ἐθρυπτετο δε. Eodem sensu hic est θρυπτεσθαι, quo ἀκκιζεσθαι in *Gorg.* IV. 108., quod verbum docte, ut solet, exposuit Cl. Rhunkenius ad *Tim.* in v. ἀκκιζη, *ficto*, scilicet, & *astuto mimo recusantis specie flagrantissime cupere.* In *Themistii* loco, a Rhunkenio laudato, duo hæc verba junguntur. Cum delectu autem θρυπτεσθαι dixit hic Plato; quia videlicet Socratem λογων ἐραστην nominaverat: proprie enim hoc verbum de amantibus usurpatur, ut ap. Aelianum V. H. III. 12. οὐκ εἰσι θρυπτικοι προς τους ἐραστας οἱ Λακεδαιμονιων καλοι οὐδε ἀλαζονες, itid. ap. Xenoph. in *Symposio.* VIII. 4. Eodem autem sensu, quo est in nostro loco, hoc verbo usus est Philostratus in *Procem. ad Heroica*, p. 666. περαινωμεν οὖν τον λογον, μη και θρυπτεσθαι με φῃς, διαγοντα σε ἀπ' αὐτου. Conf. præterea Lucianus in *Conv. Vol.* IX. p. 48. (*Edit. Bipontinæ*). Ad quem locum recte *Marcil.* illud *Terentii* laudat: *quasi non tu multo malis narrare hoc mihi, quam ego, qui percontor, scire.* Eandem rem aliis verbis expressit Plato *de Rep.* l. VI. 169.

P. 283. συ οὖν, ὦ Φαῖδρε, αὐτοῦ δεηθητι' ὁπερ ταχα παντως ποιησει. ΦΑΙ. Νῦν ἠδη ποιεῖν ἐμοι κ. τ. λ. *Stephanum* & *Ficinum* hic etiam hæsisse video; varie aliquando & ego locum, quem corruptum putabam, tentavi; iam vero prima verba, quæ duoviri memorati emendare voluerunt, sana mihi videntur; si modo meminerimus, Socratem in antecedentibus de Phædro in ter-

tertia persona esse locutum, jamque illum pergere Phædrum alloqui tanquam alium, sive tanquam tertiam personam ab ipso diversam. Verba autem, quæ vulgo Phædro tribuuntur, ad antecedentia adhuc referrem, quod & Ficinum fecisse video, ita ut sit: συ οὖν, ὦ Φαιδρε, αὐτοῦ δεηθητι, ὁπερ ταχα παντως ποιησει, νῦν ἠδη ποιεῖν. ΦΑΙ. Εμοι ὡς ἀληθῶς — — sive potius: Ἐμοι οὖν ὡς ἀληθῶς — — quam particulam oratio requirere videtur; sensus est: *Tu itaque, o Phædre! illum roga, ut id, quod breviter omnino faciet, nunc statim faciat.*

P. 284. —— και ποα καθιζεσθαι, ἢ ἐαν βουλωμεθα κατακλιθηναι. Pro illo ἢ sensus mihi requirere videtur ἤ *vel*; forsan etiam illud ἢ est vitium typographicum, quorum plura editorum diligentiam fugerunt, sic in anteced. p. 283. pro ἐκ κεφαλαιοις corrigendum est ἐν κεφαλαιοις.

Ibid. Ἐιπε μοι, ὦ Σωκρατες, οὐκ ἐνθενδε μεντοι ποθεν ἀπο τοῦ Ἰλισσοῦ —— —— —— ἀλλ' εἰ ἀπιστοιην, ὡσπερ οἱ σοφοι, οὐκ ἀν ἀτοπος εἰην· εἶτα σοφιζομενος φαιην κ. τ. λ. —— Φαρμακεια fontis nomen esse docet Timaeus in voce; quod si verum sit, cum Cl. Heynio ad *Apollodori Bibl.* P. II. *p.* 854. ἐπι legerem pro συν. Eadem prudentia, qua hic Plato, loquitur Euripides de patria superstitione, sic enim in *Bacchis* vs. 203. ex emendatione Valckenaerii.

Οὐδεν σοφιζομεσθα τοῖσι δαιμοσιν·
Πατριους παραδοχας, ἁς θ' ὁμηλικας χρονῳ
Κεκτημεθ', οὐδεις αὐτα καταβαλει λογος,
Οὐδ' εἰ δι' ἀκρων το σοφον εὐρηται φρενων.

Vid. Virum Cl. in immortali sua Diatr. p. 38. Ubique fere Plato, Socratis forsan exemplo edoctus, caute suam de patriis diis sententiam proponit, ut etiam in *Timæo* IX. 324. & sæpius alibi. De fabula ipsa, præter multos alios, vid. HEYNIUS l. l. MEURSIUS *de Reg. Att.* II. C. 13. p. 142. WERNSDORFIUS *ad Himerium Soph.* p. 358. Uti hic Socrates, sic alii aliter fabulam hanc olim interpretati sunt, conf. *Hermias* ap. *Rhunkenium ad Timæum* l. l. *Hesagoras* ap. Schol. ad *Ovidii* Metam. L. VI. scribit: non a vento, sed a Borea Strymonis filio Orythiam esse raptam. Loci situm accurate descriptum vide in tabula topographica Athenarum, junioris Anacharsis per Græciam itineribus addita.

Pag. 286. —— —— εἴτε τι θηρίον ὤν τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον. Sic etiam laudatur hic locus a PLUTARCHO *adv. Colot.* T. III. p. 2051. (*edit. Steph.*) Ultimum vocabulum per duplex μ scripsit TIMÆUS, cujus glossa huc pertinet, in V. τεθυμμένος. Sic scribendum esse etiam monet Cl. HEMSTERHUSIUS ad Hesychium in V. ἀποτεθυμμένοι, quia est a verbo θύπτω vel θύφω. Ex Timæi glossa τὸ ἐπὶ omittentis, scribendum RHUNKENIUS conjicit ἐπὶ τεθυμμένον. Sic iam hunc locum laudavit FABRICIUS *ad Sextum Empir.* p. 72. *Serranus* autem reponi volebat: ἐπὶ τετυφωμένον, a τυφόω, ita ut ad originem vocis Τυφῶνος, ἀπὸ τοῦ τύφειν respexerit Plato, quam conjecturam PLUTARCHI locus e libro de *Iside & Osyr.* T. I. p. 627, mihi veri similem facit: καὶ ὁ Τυφῶν, inquit, πολέμιος τῇ θεῷ, καὶ (vel uti Marklandus vult ὁ) δι᾽ ἄγνοιαν καὶ ἀπάτην τετυφωμένος. ——

De

De Typhone, præter alios, vide HESIODUM *in Theog.* 828.

Ibid. Νη την Ἡραν καλη γε ἡ καταγωγη κ. τ. λ. Locus plurimorum imitatione celeberrimus, quorum multos iam laudavit RHUNKENIUS ad *Timæum* in v. ἀμφιλαφεις, quibus adde CICERONEM in L. I. *de Orat.* c. 7. eundemque significat Lib. II. de L L. c. 3. Hujus loci imitationem olim iam adeo frequentem & sine judicio, forsan & sine delectu, fuisse, ut prudentioribus tædium crearet, ex PLUTARCHO, *in Amat.* T. II. p. 1333., conjicio, in cujus libelli initio nostrum dialogum ante oculos habuit, v. pag. 282. 283. Conf. etiam JULIANUS *Orat.* VII. p. 236. In loco vero describendo & ornando alios forsan Plato secutus est, ut HOMERUM in Il. 307.

Καλῇ ὑπο πλατανιςῳ, ὁθεν ῥεεν ἀγλαον ὑδωρ.

Alia sumere potuit ex SOPHOCLIS *Oedipo in Col.* 668. seqq. De loci situ, præter Anacharsis itinera modo laudata, vid. adhuc CHANDLERI iter per Græciam, p. 130. vers. Belg.

P. 287. Συ δε γε, ὦ θαυμασιε, ἀτοπωτατος τις φαινῃ κ. τ. λ. Sic etiam Alcibiades in cognomine dialogo V. 9. Πολυ γε μοι, ὦ Σωκρατες, νυν ἀτοπωτερος φαινῃ, ibid. in *Symp.* X. Ubi Germanus hujus dialogi interpres, *Wolfius*, ἀτοπιαν non male mihi interpretari videtur per *sonderbarkeit im Character.* De re ipsa vid. etiam *Crit.* I. 120—122. Ad eandem Socratis consuetudinem etiam respicit Plato in *Menone*, IV. 348. Hinc Socrates mox recte dixerat:

αἰτι

ὥστε ἄριστα σοι ἐξεναγήσεται, quod ſcilicet verbum de iis dicitur, qui hoſpitem circumducunt ad ea videnda, quæ urbs vel locus viſu digna habeat, vid. *Timæus* in V. ξεναγεῖ.

Ibid. φιλομαθὴς γάρ εἰμι· τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι. Sic de ſuo ab aliis diſcendi ſtudio eleganter dicit in *Euthyp.* I. 32. Ἐπιθυμητὴς γάρ εἰμι, ὦ φίλε, τῆς σῆς σοφίας, καὶ προσέχω τὸν νοῦν αὐτῇ, ὥστε οὐ χαμαὶ πεσεῖται ὅ, τι ἂν εἴπῃς, itid. in *Amat.* II. 31. Ideo ſe ſæpius etiam λόγων ἐραστὴν vocat, vel ut, in noſtro dialogo, p. 282. νοσοῦντα περὶ λόγων ἀκοήν. Erat hæc Socraticæ ironiæ pars, qua ſibi ipſe detrahens omnia aliis tribuebat, ut ſcilicet ita ad colloquium eos adliceret. Hinc etiam in *Apologia* profitetur, ſe nihil ſcire, niſi id ipſum, quod nihil ſciat, cujus rei præclarum adhuc exemplum exhibet dulcis & feſtivus ejus ſermo in *Sympoſio* X. 220. 221. Conf. etiam Cicero *Brut.* c. 85. & de *Off.* I. 30. —— In verbis οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι facile patet e ſuperioribus ſupplendum eſſe ἐθέλουσί με διδάσκειν. Talis breviloquentiæ exempla, ad familiarem ſcilicet loquendi conſuetudinem accommodatæ, multa apud Platonem invenies. Sic de *Leg.* 9. IX. 4. Καὶ ἐὰν μέν σοι δρῶντι ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα· εἰ δὲ μὴ —— κάλλιον θάνατον σκεψάμενος, ἀπαλλάττου τοῦ βίου. Et in *Apologia* εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι χρήματα, ἐτιμησάμην ἂν χρημάτων, ὅσα ἔμελλον ἐκτίσειν· οὐδὲν γὰρ ἂν ἐβλάβην· νῦν δὲ —— οὐ γάρ ἐστιν, ut recte *Fiſcherus* hunc locum reſtituit in ſua quatuor dialogorum editione, quæ prodiit 1783.

Ibid. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλόν,

λον, ἢ τινα καρπον ἀγωσι. Pro προσιοντες *Casaubonus* legit προσιοντες, probatque *Rhunkenius* ad *Timæum* in V. Θαλλος, qui simul dictionem erudite illustrat. Propria notione est ap. HOMERUM *Odyss.* P. 224. ——— θαλλον τ' εριφοισι φορηναι. Plenius Timæo Schol. vocem exponit: Θαλλον· παν το εκ γης φυεν. ἡ την φυλλαδα. Πας γαρ κλαδος δενδρου θαλλος προσαγορευεται· ὑπο των Αττικων δε, μονος ὁ της ελαιας. Sic D. CHRYSOSTOMUS, καθαπερ Αθηνησι φασι τον ἱερον της ελαιας θαλλον εν ἡμερα μια βλαστησαι και πλειονα γενεσθαι· *Orat.* IV. p. 182.

II. LYSIÆ DISPUTATIO; qua probare conatur, non amanti potius, quam amatori amasium gratificari debere. Ex invidia hanc habuisse Lysiam, narrat *Gregorius:* (in Comm. ad Hermogenem, ultimo Oratorum Græcorum volumini a Cl. *Reiskio* addito, p. 899.) ipse enim inpuro amore cum Phædrum amaret, ab aliis amatoribus, e quorum numero & ipse Plato erat, ut habet *Diogenes Lib.* III. §. 29., eum abstrahere studet, eique persuadere, ut sibi tanquam amico, non tanquam amatori gratificetur. Non autem Lysiæ rhetoris hunc esse sermonem, sed alterius cujusdam Lysiæ sophistæ, contendit *Taylorus in vita Lysiæ*, p. 154. *edit. Reiskii.* Attamen ipse Plato, quem significet Lysiam, satis aperte indicavit, addendo patris nomine *Cephali*. Verum de his alius forsan erit dicendi locus, nunc adnotationum in ipsum sermonem specimina quædam potius proferam.

Pag. 289. και γαρ αὐτοι ὁμολογουσιν νοσειν μαλλον ἢ σωφρονειν κ. τ. λ. Sic etiam p. 298. nostri dialogi: το μεν τον ἐρωντα του μη ἐρωντος μαλλον νο-

νοσεῖν δοκεῖ σοι ὑποτίθεσθαι. νοσον & νοσεῖν ad animum etiam referri, deque ejus vitiis dici satis notum, sic *Sangermannus* Grammat. MS. ap. Cl. VALCKENAERIUM in *Diatr.* p. 80. νοσον ἔχειν exponit φαυλον ἐθος ἐχειν. Præcipue autem dicitur de amore inpio & scelesto, hacque notione Tragicis est frequentatum; ut ex pluribus unum modo exemplum adferam, sic Phædra, ap. EURIPIDEM in *Hipp.* 392., nefandum suum in Hippolytum amorem νοσον vocat:

> Ἐπει μ᾽ ἐρως ἐτρωσεν, ἐσκοπουν ὁπως
> Καλλισ᾽ ἐνεγκαιμ᾽ αὐτον· ἠρξαμην μεν οὖν
> Ἐκ τοῦδε σιγᾷν τηνδε και κρυπτειν νοσον.

Et paucis interjectis:

> Το δευτερον δε, την ἀνοιαν εὖ φερειν
> Τῷ σωφρονεῖν νικῶσα.

Uti Platoni το νοσεῖν opponitur τῷ σωφρονεῖν, sic Euripides ἀνοιαν, quod idem est ac *furor*, μανια, τῷ σωφρονεῖν opponit, neque mirum, cum Plato, quippe qui ipse aliquando poëta, ad poëtarum linguam non raro suam formaverit, & præcipue in nostro dialogo. Porro ejusdem dramat. vs. 40. Venus dicit: ξυνοιδε δ᾽ οὐτις οἰκετῶν νοσον. ANTONINUS LIBERAL. p. 224. de Smyrna narrat: δεινος γαρ αὐτην ἐρως ἐξεμηνεν ἐπι τῷ πατρι, και κατα μεν ἀρχας δι᾽ αἰδω κατεκρυπτε την νοσον· —— Inpurum itidem amorem MAXIMUS *Tyr.* *Diss.* XXVI. 4. νοσον vocat, quem præterea, §. 5. copiose & coloribus e Platone suo derivatis describit.

Cum

Cum sequentibus και ειδεναι οτι κακως φρονουσιν, αλλ' ου δυνασθαι αυτων κρατειν, Phædriæ dictum ap. *Terentium, in Eunucho*, comparo: *Et tædet, & amore ardeo; & prudens, sciens, vivus vidensque pereo: nec quid agam scio.* Præterea in his: περι ων ουτοι διακειμενοι βουλονται, primum pro ουτοι mihi sensus requirere videtur ουτως, dein pro βουλονται, βουλευονται, quæ verba permutari solent. Postea ex editione Bipontina idem jam Stephano placuisse vidi. — Hunc denique locum præcipue Plato significat, cum in sequentibus, p. 315. ex eo Lysiam refutet, quod præter vulgarem furorem, qui est mentis morbus, plura dentur alia furoris genera, eaque divinitus hominibus immissa.

P. 289. Ει τοινυν τον νομον τον καθεστηκοτα δεδοικας, κ. τ. λ. Non legem quidem scriptam intelligerem, sed νομον αγραφον, sive εθει και αγραφω νομισθεν νομω, ut est in LL. Lib. VIII. Vol. VIII. 423. Eodem sensu hoc vocabulum est in *Symposio* X. 185, & alibi, ubi de eadem re agitur; sic etiam Euripides in *Hipp.* 91. Οισθ' ουν βροτοισιν ος καθεστηκεν νομος; Socratis, saltem Platonis jam tempore, ingenuus & innocens puerorum amor, qui primum revera non nisi enthea & heroica erat amicitia, utrinque ex præclaris virtutibus orta, eorumque effectrix & altrix, multiplici abusu, cui facile erat obnoxius, valde degenerasse videtur, idque vix aliter fieri potuisse eleganter docet Lucianus Ερωτ. I. 911. Quod, præter alia, ex ipso Platone colligo, sic enim ille in *Symp.* X. 185. ουτοι γαρ, (οι πανδημοι ερασαι) εισιν οι και το ονειδος πε-

πεποιηκοτες, ὡϛε τινα τολμᾷν λεγειν ὡς αἰσχρον χαριζεσθαι ἐρασαις. Hicque amor inpius & obſcoenus in Græcia, ſaltem Athenis, æque turpis habebatur, ac apud nos; hinc parentes & magiſtri juvenes ingenuos, ab iis, quos amatores ſuſpicabantur, arcebant, cujus rei eundem Platonem teſtem habeo, in dialogo laudato, p. 188. ἐπειδαν δε παιδαγωγους ἐπιϛησαντες οἱ πατερες τοῖς ἐρωμενοις, μη ἐῶσι διαλεγεσθαι τοῖς ἐρασαις, και τῷ παιδαγωγῷ ταῦτα προστεταγμενα ᾖ, ἡλικιῶται δε και ἑτεροι ὀνειδωσιν, ἐαν τι ὁρωσι τοιοῦτο γιγνομενον, και τους ὀνειδιζοντας αὖ οἱ πρεσβυτεροι μη διακωλυωσι, μηδε λοιδορῶσιν ὡς οὐκ ὀρθῶς λεγοντας· εἰς δη ταῦτα τις αὖ βλεψας, ἡγησαιτ' ἀν παλιν αἰσχιϛον το τοιοῦτον ἐνθαδε νομιζεσθαι κ. τ. λ. Ad hæc aliaque his ſimilia Lyſiam in noſtro loco reſpicere arbitror, cum infamiæ meminerit, quam verebatur Phædrus, cujusque ſcrupulum ei eximere conatur. Hæc ſcripſeram, cum harum literarum peritiſſimus mihique amiciſſimus J. A. Nodell opportune me moneret, ſcriptam revera legem habere *Petitum*, L. VI. Tit. 5. L. 5., illamque ex eo memorare *Gesnerum*, in *Socrate ſancto Pæderaſta*, p. 36., quo inprobo & ſceleſto illi amori infamiæ poena ſtatueretur. *Aeſchines* hanc legem citans, loco a VV. DD. mox memoratis laudato, (ſive p. 47. edit. Reiskii) addit, hanc legem præcipue propter juvenes nefandum corporis uſum aliis temere permittentes latam eſſe. Ita ut nullum dubium eſſe videatur, quin hanc legem ob oculos habuerit Lyſias.

Sequentia τους δε μη ἐρῶντας, κρειττους αὑτῶν

ὀν-

ὄντας, τὸ βέλτιστον ἀντὶ τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων αἱρεῖσθαι aliter expressit, p. 293. οὐδὲ οἱ διαπραξάμενοι πρὸς τοὺς ἄλλους φιλοτιμήσονται, ἀλλ' οἵτινες αἰσχυνόμενοι πρὸς ἅπαντας σιωπήσονται.

Pag. 290. — — Καὶ ἔργον τοῦτο ποιουμένους. Vertit interpres Lat. *atque hoc operæ pretium putare*, nullo; ut arbitror, sensu; si autem pro τοῦτο legas τοιοῦτο, sensus mihi videtur facilis, hic scilicet, *& tale quid facientes*, unde illa, de qua hic sermo est, suspicio oriatur. Doctiss. NODELL Belgice reddere vult hæc verba: *En daar hun werk van makende*. Judicium sit penes lectorem. Aeque infeliciter reliqua, τοτὲ αὐτοὺς οἴονται ἢ γεγενημένης ἢ μελλούσης ἔσεσθαι τῆς ἐπιθυμίας συνεῖναι, dedit interpres, scilicet: *ne turpis eos cupiditas ceperit, an forte iam capiat*; συνεῖναι hic est *colloqui*, ut sæpius ap. Platonem & alios, conf. *Theag.* II. 16. *Gorg.* IV. 22. Plenius διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι in *Symp.* X. 174. Sic διαλέγεσθαι, συνεῖναι & ἐξετάζειν junguntur in *Apolog.* I. 95. Sensus itaque est: *tunc suspicantur* (οἱ πολλοὶ) *illos aut de præterita, aut de futura voluptate colloqui*. — Mox ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἡδονήν. Primum hæc legenti mihi excidebat ἀνάγκην pro ἡδονήν, quæ lectio forsan habet, quo se defendat, quamvis vulgarem minime corruptam pronuntiare velim.

Ibid. διόπερ καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν ἐρωμένων συνουσίας ἀποτρέπουσι. Legendum esse τοὺς ἐρωμένους facile patet; uti mox, p. 291. pro ἀπέχεσθαι σε τούτοις, τούτων.

Pag. 291. — — ἀλλὰ δι' ἀρετὴν ἔπραξαν ὧν ἐδέοντο. Et hæc pessime dedit interpres Latinus

vertendo: *ſed propter virtutem, quæ oportet, efficiunt*, potius verterem: *ſed propter virtutem*, i. e. præſtantiam; *fecerunt, quæ petebant*; ita ut ἀρετη opponatur τῷ ἐρωτι, quod in antecedente τῷ ἐρωντες latet, & ſit præſtantia ſive egregiæ dotes. porro ἐπραξαν ſumo ſenſu obſcoeno, qua notione *faciendi* verba apud Græcos & Latinos ſæpius occurrere, ſatis notum eſt, ſic διαπραττεσθαι ſumitur in noſtro dialogo p. 293. & in *Symp.* X. 183. ibid. ἐξεργαζεσθαι, & ſæpius alibi, ut ap. LUCIANUM *Dial. Meretr.* p. 219. *Vol.* VIII. (*edit. Bip.*) Præivit forſan HOMERUS *Odyſ.* λ. 245. Αὐταρ ἐπει ρ᾽ ἐτελεσσε θεος φιλοτησια ἐργα. Hinc illud *Ovidii*, *dulce peregit opus*. Tetigit hanc notionem Cl. BURMANNUS, ſimulque tranſlatæ ſignificationis originem breviter expoſuit ad *Petronium* I. p. 522. Cum noſtro loco conferri quodammodo poſſunt, quæ Lyſias in initio ſuæ diſputationis dicit: ἀξιῶ δε μη διατοῦτο ἀτυχῆσαι ὧν δεομαι, ὁτι οὐκ ἐραστης ὢν σοῦ τυγχανω.

Pag. 291. Τοῖς δε μη ἐρωσιν, οἱ και προτερον ἀλληλοις φιλοι ὀντες ταῦτα ἐπραξαν κ. τ. λ. Neque hunc locum interpres intellexiſſe mihi videtur; conſtructio eſt: τοῖς δε μη ἐρωσιν, οἱ και προτερον ἀλληλοις φιλοι ὀντες ταῦτα ἐπραξαν, οὐκ εἰκος ταῦτα, ἐξ ὧν ἀν εὐπαθωσι, ποιησαι (αὐτοις) την φιλιαν ἐλαττω, ἀλλα —— το αὐτοις additur, quia inter dativum, τοῖς δε μη ἐρωσιν, & verbum ἐλαττω ποιησαι, a quo dativus ille dependet, plura interceſſerant, quod ſenſus facilitatem & perſpicuitatem quodammodo turbat, cui vitio ut ſubveniatur, pronomen αὐτος a Platone aliiſque inſeri ſolet. Præterea ταῦτα ἐπραξαν ſenſu ſumo ob-

obſcoeno ut ſupra. In genere notandum eſt, per totam Lyſiæ diſputationem το ἐρᾷν hoc ſenſu uſurpari. Noſtrum locum itaque verterem: *Non veri eſt ſimile, ea, ex quibus voluptatem ceperint, amicitiam minorem eſſe factura non amantibus, qui jam antea amici hoc opus fecerunt; ſed potius futurorum fore monumenta.*

Ibid. καὶ μεν δη βελτιονι σοι προσηκει γενεσθαι, ἐμοι πειθομενῳ, ἢ ἐραστῃ· ἐκεινοι μεν γαρ κ. τ. λ. Exſtat hic locus ap. *Stobæum* Serm. p. 404, nulla varietate, niſi quod pro βελτιστον, βελτιον habet; mihi tamen μαλλον ante πειθομενῳ excidiſſe videtur. Præterea notandum eſt, pluralem ἐκεινοι ſequi ſingularem ἐραστῃ; cujus negligentiæ familiarem ſermonem, qui dialogo præcipue convenit, imitantis exempla apud Platonem ſatis obvia ſunt. Vel ex hoc loco iam patere poteſt, Germanum Sympoſii interpretem *Wolfium* locum ex hoc dialogo modo laudatum recte a *Forſteri* emendatione pro τινα τινας reponi jubentis vindicaſſe, v. p. 29. *edit. Wolfii.* De ſenſu plura in ſequentibus.

Pag. 193. οὐδε τοῖς ὀλιγον χρονον σπουδαζουσιν. Cum *Stephano* præferrem σπουδασουσιν, quod ſenſus mihi requirere videtur. Cum mox ſequentibus, ὅτι τους μεν ἐρῶντας οἱ φιλοι νουθετουσιν κ. τ. λ. conferatur locus modo e *Sympoſio* laudatus p. 188.

III. Socratis de Lyſiæ ſermone judicium; ipſe alium de eadem re feſtive & amabiliter a Phædro dicere cogitur.

Pag. 294. Δαιμονιως μεν οὖν, ὦ ἑταῖρε, κ. τ. λ. Locus feſtivus & Socratici leporis plenus, eleganti ironia Phædrum juveniliter de amici ſui diſputatione pronuntiantem ludit Socrates. Ad hunc

locum LUCIANI locus in Nigr. T. I. p. 59. adumbratus mihi videtur. Ab aliis aliæ laudantur particulæ; ſic noſter locus LIBANIO forſan obverſatus eſt ſcribenti: τοιαῦτα τοινυν σύναναβακχευσας τοῖς Ἑρμοῦ τε καὶ Διος ὀπαδοις, τοῦ καιροῦ το σημεῖον αἰροντος, εὐθυς ςρατεύει. *Epitaph. in Jul.* p. 546. vol. I. (*Edit. Reisk. in forma* 8.) Βακχευειν etiam ἐνθουσιασμον και θειαν διαθεσιν orationis ſignificare. notat OLEARIUS ad *Philoſtratum in vit. Sophiſt.* I. 19. p. 511. Præcipue poëtæ divino furore ſive enthuſiasmo correpti βακχευειν dicuntur. *Jo.* IV. 186. Hinc βακχευόντες και κατεχομενοι junguntur Leg. 3. VIII. 154. Conf. adhuc *Julianus* Orat. VII. 217. D. Præterea illud θεια κεφαλη ex Platone ſuo ſumſerunt *Maximus Tyr. Diſſert.* XXIV. 4. & *Themiſtius Orat.* III. 46. B. Plura vide ap. *Berglerum* ad *Alciphron.* p. 250.

Pag. 295. και ταυτη δεῖ ὑπ᾽ ἐμοῦ τε και σοῦ τον λογον ἐπαινηθῆναι, ὡς τα δεοντα εἰρηκοτος τοῦ ποιητοῦ; Sc. λογου, ut plenius *Demoſthenes* II. 1401. (*edit. Reiskii*) ὁ τον λογον ποιων, & in noſtro dialogo p. 318. λογον ποιειν & ſic ſæpius alibi. De dictione ὅτι σαφη και ςρογγυλα και ἀκριβῶς ἕκαςα τῶν ὀνοματων ἀποτετορνευται vid. *Bentlejus ad Horat.* de A. P. 441. Sic *Julianus Orat.* III. dixit: ἀποτορνευειν τας περιοδους καθαπερ οἱ κομψοι ῥητορες. De verbis ςρογγυλιζειν, ςρογγυλος vide *Hotwell* in Indice, quem ſuæ ſelectorum *Dionyſii Halicarn.* de priſcis ſcriptoribus tractatuum editioni adjecit, *Londini* 1767, ubi plura hujus horum verborum uſus exempla dat. Cæterum quod ad ſenſum, commentarii loco ſint *Plutarchi* verba, T. I. p. 77. (*edit. Steph.*) και γαρ ὁ Πλατων τον Λυσιου λογον

οὔτε

οὔτε κατα την εὕρεσιν ἐπαινων, και της ἀταξιας αἰτιωμενος, ὁμως αὐτου την ἐπαγγελιαν ἐπαινεῖ, και ὁτι τῶν ὀνοματων σαφῶς και ςρογγυλως ἑκασον ἀποτετορνευται. conf. p. 298. nostri dialogi. Sic etiam *Dionysius Halicarn.* in *Ep. ad Pompeium*, §. 4. Neque tamen hæc laus ei serio a Platone datur. Eodem fere modo Agathonis sermonem, quem de Amore habuerat in *Symp.* X. 220. laudat Socrates: και πῶς, ὦ μακαρις, εἰπειν τον Σωκρατην, οὐ μελλω ἀπορεῖν και ἐγω και ἀλλος ὁςιςοῦν, μελλων λεξειν μετα καλον οὑτω και παντοδαπον λογον ῥηθεντα, και τα μεν ἀλλα οὐχ ὁμοιως μεν θαυμαςα· το δε ἐπι τελευτῆς τοῦ καλλοῦς τῶν ὀνοματων και ῥηματων τις οὐκ ἀν ἐξεπλαγη ἀκουων; Hæc & similia non temere, sive tantum παιδιας causa a Platone dicta putes; sed rhetorum quoddam genus, sive sophistas, vanam & corruptam eloquentiam sectantes tangere videntur. Denique, quod obiter moneo, *Harlesius*, V. C. in nova sua Fabritii Bibliothecæ Græcæ editione *Vol.* III. *p.* 72. *not.* oo, memoriæ vitio, in tantæ molis opere facile excusando, supra memoratum Plutarchi locum ad Platonis Apologiam retulit.

Pag. 296. Και ἐφαινετο δη μοι νεανιευεσθαι, ἐπιδεικνυμενος ὡς οἷος τε ὠν ταῦτα ἑτερως τε και ἑτερως λεγων, ἀμφοτερως εἰπειν ἀριςα. Quod Plato hic in Lysia reprehendit, id Archiæ poëtæ laudi ducit *Cicero* in *Orat.* c. 8. Quoties, inquit, ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore? *quoties revocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis?* De verbo, νεανιευεσθαι plura vide ap. *Budæum in comm.* p.

 1311.

1311. Eodem modo in *Gorgia* IV. 78. Socrates dicitur νεανιευεσθαι ἐν τοῖς λογοις, ὡς ἀληθως δημηγορος ὢν. ibid. 133. Cæterum mihi veri ſimile videtur, Platonem in verbo ἐπιδεικνυσθαι ad ſophiſticas illas declamationes, ad pompam & oſtentationem compoſitas, quas vel publice in foro, vel privatim domi recitabant, reſpexiſſe. Quæ declamationes proprio nomine ἐπιδειξεις vocabantur, ut res ipſa ἐπιδειξιν ποιεῖσθαι ſive ἐπιδεικνυναι, vid. *Creſollius Theatr. Vet. Rhet.* C. V. & *Cicero Orat.* Cap. 11. 12. 13. De Gorgia, in cognomine dialogo IV. 4., Plato dicit: πολλα γαρ και καλα Γοργιας ἡμῖν ὀλιγον προτερον ἐπεδειξατο. & p. 5. την δε ἀλλην ἐπιδειξιν εἰσαυθις, ὡσπερ συ λεγεις, ποιησασθω. ibid. p. 9. & ſæpius in hoc dialogo. In *Symp.* X. 210. 211. de Agathone dicitur. — — και βλεψαντος ἐναντιον τοσουτου θεατρου, μελλοντος ἐπιδειξασθαι σαυτοῦ λογους.

Ibid. Νῦν μεν ουτως οὐκ ἐχω ἐπεῖν· δηλον δε ὁτι τινῶν ἀκηκοα, ἡ που Σαπφους τῆς καλης κ. τ. λ. Locus præclarus & ſuavis, conſueta ſua ironia utitur Socrates, qua de ſe ipſe detrahens omnia ſua aliis accepta referebat, ſic etiam in *Symp.* X. 277, a Diotima ſe τα ἐρωτικα didiciſſe profitetur. Locum noſtrum laudat *Maximus Tyr. Diſſ.* XXIV. 7. ubi ſimul monet, poëtriam Lesbiam hic καλην dici, δια την ὡραν τῶν μελῶν, cum alioquin parva & nigra eſſet; conf. adhuc §. 9. hujus diſſert. & *Daviſius* ad §. 7.

Pag. 297. Τοῦτο δε αὐτο ὁ λεγεις, ποιησον· τῶν ἐν τῳ βιβλιῳ βελτιω τε και μη ἐλαττω ἑτερα ὑποσχεθητι εἰπεῖν, τουτων ἀπεχομενος. Diu eſt, quod ὑποσχεθητι illud me vexavit, imo & adhuc vexat.

Ni-

Nihil, quantum ex edit. Bipont. video, monet Stephanus ad h. l. mihi tamen corruptum illud vocabulum videtur. Fuit, cum legerem προθυμηθῆτι, ut eſt in *Phædone* I. 132. ταῦτα δη παντα προθυμηθητι ὡς σαφεστατα ἡμῖν ἀπαγγειλαι; verum ipſe moneo, hanc lectionem nimis a vulgari recedere. Forſan ſcripſit Plato ὑποσχομενος, *cum promiſeris*, ſive *cum te jactaveris*, ut exponit Cl. *Reiskius* in *Ind. Demoſth.* Verbum hoc retinendum eſſe, ſequens ὑπισχνοῦμαι monere videtur, ludentem forſan in his verbis Phædrum fecit Plato; veluti συ ὑποσχομενος τῶν ἐν τῷ βιβλιῳ βελτιω τε και μη ἐλαττω ἑτερα ἐχειν εἰπειν, quod ſi feceris, ἐγω ὑπισχνοῦμαι κ. τ. λ. Pro εἰπεῖν denique, lego εἰπε. Τουτων ἀπεχομενος, ſc. τοῦ εἰπεῖν ὡντινων και ὁπως ἡκουσας. De emendatione, ſive conjectura potius mea videant acutiores, nihil ipſe hic ſtatuo, forſan locum non intelligo.

Ibid. και σοι ἐγω, ὡσπερ οἱ ἐννεα ἀρχοντες, ὑπισχνοῦμαι χρυσην εἰκονα ἰσομητρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθησειν, οὐ μονον ἐμαυτου, ἀλλα και σην. Ad illum morem reſpexiſſe Platonem, cujus mentionem facit *Pollux Onomaſt.* VIII. §. 86., iam monuit *Muretus Var. Lect.* L. VIII. c. 8. conf. præterea *Corſinus* in *Faſt. Att.* Tom. I. p. 23.

Pag. 298. —— —— παρα το Κυψελιδῶν ἀναθημα σφυρηλατος ἐν Ὀλυμπιᾳ σαθητι. Ciſtam fuiſſe hoc ἀναθημα, propter Cypſelum Corinthi tyrannum, a Bacchidarum inſidiis ſervatum, dicatam, narrat *Pauſanias* Ἠλιακῶν Lib. I. p. 165; ciſtamque hanc idem deſcribit p. 164. Hiſtoriam etiam narrat *Strabo Geogr.* L. VIII. p. 580.

Ab hoc dono aliud diſtinguendum eſt, quod ipſe Cypſelus Jovi dicavit, ut tradunt *Strabo* l. l. & *Pauſanias* l. l. p. m. 149. Jovis ſtatuam hoc ἀναθημα fuiſſe, patet ex eodem *Strabone* l. l. p. 542. *Plutarchus* autem, hujus Hiſtoriæ mentionem faciens, in *Sept. Sapient. Conv.* T. I. p. 284., domum Delphis Cypſelum dedicaſſe, memoriæ prodit. His ita ſcriptis, incidi in *Suidæ* gloſſam V. Κυψελιδων, quæ ad noſtrum locum pertinet. Hic, ni memoria me fallat, non enim ad manus eſt, Coloſſum fuiſſe hoc donum narrat.

Pag. 299. ἐσμεν δε μονω μεν ἐν ἐρημιᾳ, ἰσχυροτερος δε ἐγω και νεωτερος. Simili fere modo Polemarchus, Lyſiæ noſtri frater, Socratem cum Glaucone ex Piræo in urbem feſtinantem ſecum redire cogit: ὁρᾷς οὐν, inquit, ἡμᾶς, ὁσοι ἐσμεν; Πῶς γαρ οὐ; reſpondet Socrates, Ἠ τοινυν τουτων, pergit Polemarchus, κρειττους γενεσθε, ἡ μενετ' αὐτοῦ. *Reſp.* I. VI. 147. De præcedentibus: εἰ ἐγω, ὦ Σωκρατες, Σωκρατην ἀγνοῶ κ. τ. λ. conf. p. 282.

Ibid. Ἀλλ', ὦ μακαριε Φαῖδρε, γελοῖος ἐσομαι παρ' ἀγαθον ποιητην ἰδιωτης αὐτοσχεδιαζων περι τῶν αὐτων. Eodem fere modo Socrates in *Symp.* (X. 220) Amorem ſua vice laudare ſtudet effugere. Ποιητης eodem ſenſu, quo ſupra. ἰδιωτης quid hic ſit ex oppoſitione facile patet, *artis dicendi*, ſcilicet, *inperitus*, ut etiam in noſtro dialogo p. 282., ſic opponitur τοῖς σοφοις *Theætet.* II. 74. 126. 127. *Jo.* IV. 183. Itidem τῷ τεχνην ἐχοντι. *Soph.* II. 210. αὐτοσχεδιαζεσθαι oratores dicuntur, cum ex tempore, ſive nulla præ-

prævia meditatione verba de aliqua re facerent, conf. *Menex.* V. 275. *Philostratus in vitis Sophist.* I. 5. Præcipue Sophistæ hac arte gloriabantur.

Ibid. ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω· ὁ δέ μοι λόγος ὅρκος ἐστί. Ομνυμι γάρ σοι τινα μέντοι τινα θεῶν, εἰ βούλει, την πλάτανον ταυτηνὶ κ. τ. λ. Priora forsan ex *Homero* adumbrata sunt: Ἀλλ' ἐκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. *Il.* α. 233. Et hujus jurisjurandi Socratem accusasse videntur Anytus & Melitus, ut tradit *Maximus Tyr. Diss.* XXIV. 6. conf. *Philostratus in vita Apoll.* L. VI. p. 257. Idem etiam reprehendit *Lucianus* in *Icaromen.* Vol. VIII. p. 12. itid. in *vit. Auct.* ubi Socratem jurantem facit per canem καὶ την πλάτανον. Certatim quasi juniores hunc locum imitando expresserunt. vid. Cl. *Abresch* ad *Aristænet.* Lib. II. Ep. 2.

P. 300. Τι δῆτα ἔχων στρέφῃ; Ad h. l. pertinet *Timæi* glossa p. 184. exponentis ἐνδιατρίβεις. Formula forsan est Euripidea; sic enim Hecuba in cognomine fabula 750. —— —— τι στρέφω τάδε; Non differre videtur το μεταστρέφεσθαι ap. *Dion: Chrysostomum Orat. IV.* p. 170. Τοῦτο οὖν διαμένει καὶ ζητεῖ πανταχόθεν, οὐδεν τι μεταστρεφόμενος, οὔτ' εἰ μετ' αἰσχύνης, οὔτ' εἰ μετ' ἀδικίας γίγνοιτο, πλην ὅσον τας κολάσεις ὑφορώμενος.

Ibid. Ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ. Propter pudorem scilicet, conf. p. 313. Nostrum locum significat *Aulus Gellius Noct. Att.* L. XIX. c. 9. ubi Julianus rhetor convivas rogat, ut sibi permittant *operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse aiunt.* Simi-

militer Phædra, ap. *Euripidem* in *Hipp.* 243., a nutrice petit, ut sibi caput operiat:

> Μαια, παλιν μου κρυψον κεφαλαν·
> Αἰδουμεθα γαρ τα λελεγμενα μοι·
> Κρυπτε.

Plura de hoc more vide in Cultissimi *Nodell notis criticis* ad calcem Aviani p. 83. — Nostræ dictioni opponitur, *nudato capite dicere*, quod in sophistis reprehendit *Themistius Orat.* XIII. p. 161. D. —— —— και ὁσοι γυμναῖς ταῖς κεφαλαις ἀνεκηρυττον ἑαυτους ἐν τοῖς Ἑλλησιν ἐπι τῃ σοφιᾳ·

IV. *Socratis Sermo.*

P. 390. Ἀγετε δη, ὦ Μοῦσαι, εἰτε δὶ ᾠδης εἰδος λιγειαι, εἰτε δια γενος μουσικον το Λιγυων, ταυτην ἐσχετ' επωνυμιαν, κ. τ. λ. Vapulare Socratem Luciano, quod Musas pudicissimas virgines in re parum pudica advocare non erubuerit, iam monuit *Gesnerus* in *Socrate Sancto Pæder.* p. 30. Noster autem locus corruptus videtur, quodque ex varietate, qua a *Dionysio Halicar.* & *Stobæo* laudatur, magis adhuc patere arbitror; prior scilicet in *Ep. ad Pompeium* §. 8. habet: δια γενος το Λιγυων μουσικον, posterior Serm. p. 404. μουσικον το λιγυ ὀν. *Cornarii* conjectura, in *Eclogis* p. 47., pro vulg. Λιγυων legentis λιγυρον, ad Stobæi lectionem proxime accedit. Exponit *Cornarius: vult enim Musas, aut ob quandam cantilenæ speciem, quæ Ligea dicta sit, aut ob musicum genus λιγυρον, Ligeas appellatas esse.* —— Cæterum *Dionysius Halicar.* l. l. tanquam sophisticæ eloquentiæ exemplum

plum, inanem magis verborum pompam, quam sensum captantis, qua aliquando Platonem non feliciter usum fuisse scripserat, hunc locum citat, quodque, eodem teste, Plato ipse professus esset, his scilicet verbis: τα νῦν γαρ οὐκετι πορρω διθυραμβων φθεγγομαι, p. 303. Mihi vero in his & similibus non serio agere Plato semper visus est, sed potius sophisticos rhetores ludere & irridere. Id eum facere solere ipse testatur *Dionysius* l. l. §. 4. ἐῶ γαρ τας ἀλλας αὐτου γραφας παραφερειν, ἐν αἷς κωμωδει τους προ ἑαυτοῦ Παρμενιδην κ. τ. λ. Neque id negat Plato. vid. *Menex.* V. 276. *Cicero de Orat.* I. 11.

Ibid. —— εἷς δε τις αὐτῶν αἱμυλος ἦν, ὁς οὐδενος ἧττον ἐρων κ. τ. λ. Vera si sint, quæ supra e Gregorii commentario de Lysia, Phædrum amante, memoravimus, & his verbis illum tangere & urere videtur Plato.

Ibid. Περι παντος, ὦ παῖ, μια αρχη τοῖς μελλουσι καλως βουλευεσθαι κ. τ. λ. Omnem disputationem via quadam & ratione instituendam, a rei, de qua agatur, definitione esse incipiendam, ne in vagum abeat sermo, constans erat Platonis præceptum, ex Socratica schola petitum. Sic Socrates Demodoco de filii institutione consulenti respondet: πρῶτον μεν οὖν ἐγω τε και συ συνομολογησωμεν, τι ποτε οιομεθα τοῦτο εἶναι περι οὗ βουλευομεθα, μη γαρ πολλακις ἐγω μεν ἀλλο τι αὐτο ὑπολαμβανω, συ δε ἀλλο, κἄπειτα πορρω που τῆς συνουσιας, αἰσθωμεθα γελοιοι ὀντες, ἐγω τε ὁ συμβουλευων και συ ὁ συμβουλευομενος, μηδεν τῶν αὐτῶν ἡγουμενοι. *Theag.* II. 6. In *Sympos.* X. 222. coll. 212. Socrates Agathonem laudat, quod sua vice Amorem laudare incipiens statim ab initio

itio primum docuisset, qualis esset amor, & dein opera ejus ostendisset, additque ταυτην την αρχην πανυ αγαμαι. conf. adhuc *Gorgias* IV. 38. *Leg.* I. VIII. 41. 43. Hæc & similia ob oculos forsan habuit *Julianus* Orat. IV. 132. B. Certe *Cicero* sua ex Platone sumsit, ut *de Orat.* I. 48. *Ego vero*, inquit, *pergam & id faciam, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo: ut quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari & errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, quo de agitur, intelligant.* Expresse nostrum locum significat in *Lib.* II. *de Finib. B. & M.* c. 2. — Cæterum ου διομολογουνται est: *rem, de qua disputetur, non accurate definiunt;* hinc in sequentibus το εικος αποδιδοασιν, *meritas luunt poenas, id quod ex rei natura sequi necesse est iis accidit.* Sic εικοτα πασχειν dixit *Lucianus* in *Nigr.* p. 55. *Vol.* I. Et *Dionysius Halicar.* *in Ep. ad Pompeium* §. 7., de Platone sophistas imitante ὡςε ουδεν ἐξω του εικοτος ἐμελλε πεισεσθαι, σπασας τινα και των ἁμαρτηματων ἁμα τοις ἀγαθοις, ὡν ἐχουσι οἱ των ἀνδρων ἐκεινων χαρακτηρες.

Pag. 301. — ὁμολογια θεμενοι ὁρον — scribendum arbitror ὁμολογια. Ὁρος est *definitio* ut de *Rep.* I. V. 155. Ουκ ἀρα ουτος ὁρος ἐςι δικαιοσυνης κ. τ. λ. & in *Soph.* II. 262. τιθεμαι γαρ ὁρον ὁριζειν τα ὀντα, ὡς ἐςιν ουκ ἀλλο τι πλην δυναμις. sic ὁρον ὁριζειν, *definire*, Gorg. IV 52.

Ibid. ὁτι μεν ουν δη ἐπιθυμια τις ὁ ερως — — ἀπ' αυτης της ῥωμης ἐπωνυμιαν λαβουσα ἐρως ἐκληθη. Primum de sensu, dein de singulis videamus. Duo hic agit Socrates, primum, præceptis suis obsequens, docet, quid sit Amor, postea, quo-

modo amans a non amante differat, ostendit. — Amor in genere est *cupiditas*. — *Cupiditas* autem duplex est, altera moderata & rectæ rationis imperio obediens optimum semper quærit, altera vehemens & inmoderata voluptates sequitur. Quæ ut accuratius exponat, sciendum esse dicit: in unoquoque nostrum duo esse principia, quæ nos gubernant & ducunt, quorum alterum est innata voluptatum cupiditas, alterum opinio extrinsecus acquisita ad optimum eligendum ducens. Aliquando hæc duo principia amice consentiunt, aliquando dissentiunt, ita ut modo unum, modo alterum gubernet. — Si opinio, quæ cum ratione ad optimum ducit, imperium tenet, *Temperantia* vocatur; si vero voluptatum cupiditas rationem vincit & regnat, *Intemperantia* est. — Intemperantiæ autem plura sunt genera, quorum unumquodque a cupiditate præ cæteris dominante nomen ducit; sic quemadmodum inmoderata ciborum cupiditas *ingluvies*, & vini, *ebrietas*, dicitur; ita vehemens & inrationalis pulcri cupiditas, præcipue quæ magna vi, cognatis cupiditatibus corroborata, ad corporis pulcritudinem trahitur, *Amor* vocatur.

Nihil de vocis *amoris* etymologia hic dicam, quæ jocis potius, ut Plato etiam hac in re solet, quam veris rationibus niti videtur, rite præterea si deducendi nominis ratio procederet, cum cupiditas hæc ad corporis pulcritudinem pertineat, hinc nomen amoris etiam esset derivandum. aliam omnino ejusdem nominis etymologiam etiam sequitur in *Cratylo* III. 304. — Quod autem de duobus principiis doctrinam adtinet, hæc ad Pythagoræorum sententiam formata mihi videtur. Pythagoram in duas partes ani-

animam divisisse, præter alios, docet *Cicero Tuscul.* IV. 5., *quarum alteram rationis participem facit, alteram expertem: in participe rationis ponit tranquillitatem, i. e. placidam quietamque constantiam: in altera motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi;* hanc etiam Platonis doctrinam fuisse ibidem contendit: constat autem, Platonem partem posteriorem denuo divisisse, & ita tres animi partes statuisse, quæ doctrina ei erat propria. Cum modo dictis Pythagoræorum fragmenta optime conveniunt, conf. *Metopi Fragm.* ap. *Stobæum Sermon.* p. 7. qui locus nostro valde est similis. Itid. *Theagis Fragm.* ap. *Gale* p. 681. ejusdem ap. eundem p. 688. Ex quibus facile, ut arbitror equidem, patet, omnes ex eodem fonte hausisse.

Jam vero ad singula progrediamur explicationisque nostræ rationem breviter reddamus. ὅτι ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δυω τινε ἐστὸν ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε — — De particulæ ὅτι usu elliptico vide *Hogeveen Doctrina Particul.* T. II. p. 479. 3: διανοητέον οὖν vel simile quid supplendum est. mox pro ἰδέα *Stobæus*, qui hunc locum excerpsit, *Sermon.* p. 404., habet εἴδει, vulgatam vero servandam esse puto. Latine dedi per *principium*, auctoritate præcipue *Diogenis Laërtii*; qui inter varias notiones, quibus hanc vocem apud Platonem occurrere docet; etiam ponit ἀρχη. αἴτιον; quæ nostro loco præcipue convenire arbitror; ita ut Platonis mens sit, has duas *ideas* in nobis principia vel bene, vel male agendi esse. Pro ἄρχοντε *Cornarius* p. 47. legendum volebat φέροντε, quia sequitur ἄγοντε; verum

tum ſine ulla neceſſitate, ſic enim ἀγειν και δεσποζειν junguntur in *Phædone* I. 215.

δοξης μεν οὖν ἐπι το ἀριςον λογῳ ἀγουσης κ. τ. λ. i. e. *opinio cum ratione ad optimum ducens*, ſive *opinio rationalis*, *rationibus innixa*; hinc idem mox dicitur ὁ λογος τοῦ ἀριςου, itidem δοξα κατὰ λογον, *Leg.* I. VIII. 131. Accurate & philoſophice ſi Plato loquebatur, δοξα ei erat infimus ſcientiæ humanæ gradus, quippe quæ neque modo ſcientifico cognoſcebatur, neque ex juſta demonſtratione erat orta, conf *Reſp.* 5. VII. 63. Hinc dicitur δοξα ἀνευ ἐπιςημης. *Reſp.* 6. VII. 115. δοξα ἀνευ νοῦ. *Alcibiades Secund.* V. 92. & opponitur τῃ ἐπιςημῃ *Reſp.* 7. VII. 176. Eleganter mox & vere cupiditates animum ad voluptates *trahere* dicuntur, uti etiam in *Phædone* I. 180. 214. & ſæpius alibi. Locum denique noſtrum ſignificat *Plutarchus*, qui autem ex eo eſt ſupplendus & corrigendus.

Pag. 303. —— παθος πεπονθεναι. Baſ. 2. non male, ut opinor, addit θειον, ſed omittitur etiam in loco a *Dionyſio* citato. Sequens εὐροια τις σε εἰληφε illuſtravit *Valckenaerius in Diatr.* p. 148., ubi neque noſtri loci oblitus eſt.

Pag. 304. ἀναγκη που το ἐρωμενον —— *Stobæus* l. l. p. 406. habet τον, ſic ſtatim, p. 306., ipſe Plato. In ſequentibus, οὐτε δη κρειττω, οὐτε ἰσουμενον —— illud *Aeſchyli Sept. adv. Theb.* 358. οὐτε μεῖον, οὐτ' ἰσον λελιμμενοι, forſan expreſſit, ut eſt perpetuus poëtarum imitator.

Ibid. Τοσουτων κακῶν και ἐτι πλειονων, κατα την διανοιαν τοῦ ἐραςοῦ, τῳ ἐρωμενῳ ἀναγκη γιγνομενων

τε

τε και φυσει ενοντων, των μεν ἡδεσθαι, τα δε παρασκευαζειν, ἡ στερεσθαι του παραυτικα ἡδεος. Sensus quidem patet, sed constructio mihi est obscura; non video, unde infinitivi ἡδεσθαι, παρασκευαζειν & στερεσθαι dependeant, nisi dicas a præcedente ἀναγκη; quod mihi tamen durum, imo sensui obesse videtur, qui postulat, ut ἀναγκη ad præcedentia, non ad sequentia referatur, non autem eo, quo nunc est casu, sed potius casu tertio. ἀναγκῃ, utque pro infinitivis futura scribantur. ἡσθησεται, τα δε παρασκευασει, ἡ στερεσθαι sive στερησεσθαι, perinde enim hic est, si dicas, *privatur*, aut *privabitur*. Verba itaque interpretor; *cum itaque, ex amatoris mente, necesse sit, ut tot, imo plura adhuc mala amasio vel extrinsecus ingerantur, vel natura adsint, illa ingeret, his delectabitur, vel voluptate statim subsequente privatur.*

Ibid. μεγαλης αἰτιον ειναι βλαβης. ειναι omittit *Stobæus* l. l. non male, ut opinor.

Pag. 305. ὀφθησεται δε τινα μαλθακον, και ου στερεον διωκων κ. τ. λ. Contrarius huic omnino est amasius, quem describit *Lucianus*, sive quisquis est libelli autor de *Amoribus*, *Luciani* scriptis vulgo additi *Vol.* V. p. 307. Nostro autem similis est *Sybaris* ille, quem Lydia perdebat, ap. *Horat. Od.* I. 8. In qua illud: *patiens pulveris atque solis*, nescio quomodo ferre nunquam potui, interpretumque explicandi ratio, *olim*, vel simile quid supplere jubentium, mihi semper dura & contorta visa est. Causam hæc verba continere arbitror, quare apricum campum iam oderit Sybaris; adeo scilicet mollis,

lis, effeminatus & delicatus amore factus erat, ut pulveris & solis iam esset inpatiens; hinc, timide tamen, scribendum propono:

Oderit campum inpatiens pulveris atque solis.

Sic, mihi saltem, sensus facilior videtur, cum vulgata lectione abstrusus & absconditus sit, & non nisi longe petita interpretatione intelligendus. —— Mox sequentia verba: ἀλλοτρίοις τε χρώμασι καὶ κόσμοις κ. τ. λ. citat *Plutarchus* T. I. p. 89., pro κόσμοις autem habet σχήμασιν, memoriter forsan hæc verba laudans.

Pag. 306. —— διακωλυτὰς καὶ ἐπιτιμητὰς ἡγούμενος. Conf. locus e *Sympos.* X. 188. supra laudatus.

Ibid. ἀλλὰ μὴν οὐσίαν γε ἔχοντα χρυσοῦ, ἢ τινος ἄλλης κλήσεως κ. τ. λ. Hæc in mentem mihi revocabant illud *Tibulli* I. 1.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro.

Heynius, vir in his litteris summus, exponit: *alius sibi divitias paret auro congesto.* Quamvis minime dubitem poëtice dici posse, *divitias sibi congerere auro*; illud tamen, quod mihi in mentem venit: *Divitias alius fulvi sibi congerat auri*, dictione ad Platonicam formata, a Tibulli simplicitate & perspicuitate haud alienum videtur. Quemadmodum apud poëtam sequitur:

Et teneat culti jugera multa soli,

ſic Platonis verba ἡ τινος ἀλλης κτησεως præcipue ad agros referenda eſſe puto. Auri & agrorum divitias ſæpe conjunctas invenies. ita, præter locum a doctiſſimo Interprete ad Tibullum laudatum, *Horatius* in A. P. 421.

Adſentatores jubet ad lucrum ire poëta
Dives agris, dives poſitis in fenore nummis.

Pag. 307. ἡλικα γαρ και ὁ παλαιος λογος τερπειν τον ἡλικα. Hinc forſan *Stobæus* eſt corrigendus, apud quem hæc verba ita leguntur: ἡλιξ γαρ δη και ὁ παλαιος τερπει τον ἡλικα, ita ſaltem ut λογος addatur. Hoc proverbium etiam ſignificat Plato de *Rep.* I. VI. 150. Cæterum non differt ab hoc: ὁμοιον ὁμοιῳ φιλον, quod Pythagoricum eſſe vult *Alcinous de Doctrina Platonis* c. 4., ſaltem eſt antiquum; *Homerus* enim iam cecinit:

Ὡς αἰει τον ὁμοιον ἀγει Θεος ὡς τον ὁμοιον *Odyſ.* ρ. 218.

Poſtea Platoni & aliis ſæpe uſurpatum, conf. *Hierocles in Aur. Pythagoræ Carmen*, p. 28. *Clemens Alexandr. Stromat.* V. 555. A. *Eraſmi Adagia* p. 641. Egregiam, quæ ſequitur, ſententiam, ætatis, ſtudiorumque ſimilitudinem amicitiam facere, etiam confirmat *Plutarchus* de *Diſcrimine Am. & Adul.* T. I. p. 89.

Pag. 308. ὡς δ' αὐτως ψογους —— ——. ἐπ' αἰσχει παῤῥησια κατακορει και ἀναπεπταμενη χρωμενου. Mallem χρωμενους, ut ad ψογους referatur. Mox ἐπ' αἰσχει interpres Latinus dedit *turpiſſima*,

mæ, male ut arbitror; ἐπι hic finem notat, ita ut fit, — *licentia utentes, quæ turpitudinem intendit.*

Ibid. τοῖς δη δεον ἐκτινειν, μεταβαλων ἀλλον ἀρχοντα κ. τ. λ. Quamvis το μεταβαλων hic defendi posse credam, verba tamen faciliorem habitura sensum arbitror, si pro eo μεταλαβων legatur; verba hæc confundi solere, satis notum est. — Cum mox sequentibus p. 309. ὁ δε ὑπο αἰσχυνης οὐτε εἰπειν τολμᾳ κ. τ. λ. conferatur locus e *Symp.* X. 189., ubi itidem de Amatore perfido dicitur: οἰχεται ἀποπταμενος, πολλους λογους και ὑποσχεσεις καταισχυνας.

Pag. 309 και ἀπεστερηκως ὑπ' ἀναγκης ὁ πριν ἐραστης, ὀστρακου μεταπεσοντος, ἱεται φυγῃ μεταβαλων. — ἀπεστερηκως displicuit *Stephano* & *D'Orvillio*. Posterior in *Animadv. ad Charit.* p. 499., legendum putat ἀποστεργως, *amorem deponens præ necessitate, contemtui, odio habens*, ut verbum illud exponit. Hæc doctissimi viri conjectura, satis probabilis, sensum quippe optimum reddens, me pene incertum facit; nullam enim me antea hic invenisse difficultatem fateor, ἀπεστερηκως vulgari sua notione, *fraudandi*, scilicet, sive *privandi* sumebam, sensumque interpretabar: *& qui antea amator erat, iam mutatus aufugit, postquam necessitate coactus, amasium iis, quæ promiserat, privavit*, sive, *promissis fraudavit.* De proverbio, ὀστρακου πεσοντος, vid. *Erasmus* in *Adag.* p. 261. & Interpretes ad *Lucianum* T. III. p. 268. *Libanio*, eodem utenti proverbio, noster forsan locus obversatus est, Ep. 423.

Ibid. πολυ δε βλαβερωτατῳ προς την της ψυχης και-

παίδευσιν, ἧς οὔτε ἀνθρώποις οὔτε θεοῖς τῇ ἀληθείᾳ τίμιώτερον οὐδὲ ἐστιν, οὔτε ποτε ἐσται. Præclaræ & vere divinæ hac de re exstant Platonis sententiæ; sic de *Leg.* 5. VIII. 203., animum, tanquam præstantissimam hominis partem, post deos secundo loco esse colendum. Conf. etiam *Leg.* 1. VIII. 44. Itidem in *Phædone* I. 244. Animum, nil nisi παιδειαν & τροφην habentem ad Inferos descendere. Et in *Theage* II. 6. Demodoto de filii institutione consulenti dicit: — οὐ γὰρ ἐστι περι ὅτου θειοτέρου ἀν ἄνθρωπος βουλευσαιτο, ἢ περι παιδειας και αὐτου και τῶν αὐτου οἰκειων. Colorem forsan hinc duxit illud *Libanii*; νομιζων, εἰ μεν ἐν ἰδιωτου μερει μενειεν, ἕξειν ἀντι της βασιλειας την σοφιαν, κτημα θειοτερον. *Epitaph. in Julian.* I. p. 528.

Pag. 310. — ἀλλα, σιτιου τροπιν, χαριν πλησμονης κ. τ. λ. Pro σιτιου *Cornarius* legere vult θηριου; verum & vulgarem lectionem satis idoneum admittere sensum opinor. Sequentia, Ὡς λυκοι ἀρνα φιλοῦσ᾽ ὡς παιδα φιλοῦσιν ἐρασται proverbium esse, monet schol. Leidensis ad *Homeri Il.* X. ap. *Valckenaerium* p. 34., illudque sic laudat: Οὕτω φιλοῦσι λυκοι τους ἀρνας, ὡς φιλεοῦσιν ἀντερασται. Originem duxisse vult ex *Homeri Il.* X. 262.

Ὡς οὐκ ἐστι λεουσι, και ἀνδρασιν ὁρκια πιστα,
Οὐδε λυκοι τε και ἀρνες ὁμοφρονα θυμον ἐχουσιν,
Ἀλλα κακα φρονεουσι διαμπερες ἀλληλοισιν.

Ad juvenum in amicas amores id transtulit *Aristænetus* L. II. *Ep.* 20. Ὡς γαρ λυκοι τους ἀρνας ἀγαπωσιν, οὕτω τας γυναικας ποθουσιν οἱ νεοι.

νοι. Idem ob oculos habuit *Meleager* ap. *Brunck Anal.* T. I. *Epigr.* IV.

Ibid. Τοῦτ ἐκεινο — οὐκετ' ἀν περα ἀκουσαις ἐμοῦ λεγοντος· ἀλλα δη σοι περας ἐχετω ὁ λογος. Ludentem facit Socratem in verbis περα & περας, uti etiam in *Symposio* X. 192. Παυσανιου δε παυσαμενου, ubi hunc in verbis lusum ἰσα λεγειν vocat, seque a sophistis id didicisse profitetur. Sæpius eo usus est Plato, in *Phædone* I. 155., v. g. οὐκ φιλοσοφος, ἀλλα τις φιλοσωματος, & de *Rep.* 10. VII. 322. Ἀλλ' οὐ μεντοι σοι Ἀλκινου γε ἀπολογον ἐρῶ· ἀλλ' ἀλκιμου μεν ανδρος. Imitatus est *Cicero de Orat.* II. 22. *qui nunc etiam furit in republica Furius.*

V. Socratem iam abire volentem dæmon suus retinet. Cujus rei causam quærens, ex vaticinandi facultate, quam, quantum sibi satis esset, possidere profitebatur, conjicit, id fieri propter sermones habitos, quippe qui inpii in amores essent dicti. Hinc Stesichori exemplo edoctus ad Palinodiam canendam, unicam hujus inpietatis expiationem, sese accingit.

Pag. 310. — λεγων αὐ ὁσα ἐχει ἀγαθα. Λεγοντα corrigendum putat *Stephanus*, quod & mihi sensus requirere videtur. Mox verba: αἷς με συ προυβαλες, ἐκ προνοιας σαφῶς ἐνθουσιασω, sic distinguo αἷς με συ προυβαλες ἐκ προνοιας, σαφῶς ἐνθουσιασω. Loci scilicet deas intelligit, quarum præsentia adflatum se carmina fere fundere fingit. sic etiam pag. 303. Τῳ ὀντι γαρ θεῖος ἐοικεν ὁ τοπος εἶναι, ὡστε ἐαν ἀρα πολλακις νυμφοληπτος προϊοντος τοῦ λογου γενωμαι, μη θαυμασῃς.

P. 311. ἠ οὐχ ὁρᾷς ως σχεδον ἠδη — — σαθερα. Vide de hac voce docte, ut solet, disputantem,

Cl. *Ruhnkenium* ad *Tim.* in V. cujus glossa huc pertinet.

Pag. 311. —— —— ἢ ἄλλους ἐνι γε τροπῳ προσαναγκαζοντα. *Stephanus* ſcribere vult τινι γε τροπῳ, ſive ἐνι γε τινι. —— Mox Σιμμιαν Θηβαῖον ἐξαιρω λογου. Simmias hic Thebanus Socrati fuit amiciſſimus, *Crito* I. 104., eique morienti adfuit *Phædo* I. 134. Eodem, ut cum Socrate loquar, λόγων νοσῳ, quo Phædrus, laboraſſe videtur. Viginti tres dialogos ſcriptos eum reliquiſſe, teſtatur *Diogenes* II. 124. Forſan hanc πολυγραφιαν hic notat Plato.

Ibid. Και νῦν αὖ δοκεῖς αἰτιος μοι γεγενῆσθαι λογῳ τινι ῥηθῆναι, οὐ πολεμον γε ἀγγελλεις. Primum pro ῥηθῆναι ſenſus mihi futurum requirere videtur, reſpicit enim, opinor, ad palinodiam mox canendam. Vix me prohibeo, quin conjecturam, quæ aliquando mihi in mentem venit, cum lectore communicem, legebam ſcilicet in duali λογω δυω, Phædrumque mox reſpondentem faciebam: Ἀλλα πως δη και τινι τουτω; verum quod certiore ratione innititur potius proferam; verba nimirum οὐ πολεμον γε ἀγγελλεις Phædro tribuo, quod etiam *Stephano* placuiſſe video, totaque orationis ſeries poſtulat. Proverbium eſt, & dicitur, quando læta & grata adnuntiantur. Sic Cliniæ de civitate condenda ſe denuo diſputaturum promittenti reſpondet ſenex Athenienſis: οὐ πολεμον γε ἐπαγγελλεις, ὦ Κλεινια. *Leg.* I. VIII. 159.

Ibid. Ηνικ' ἐμελλον —— —— —— τινα φωνην ἐδοξα αὐτοθεν ἀκοῦσαι. Sic ſemper Socratem de genio ſuo ſeu dæmone loquentem invenimus; loca claſſica ſunt *Apolog.* I. 73. 92. *Theag.* II. 19.

&

& *Euthyd.* III. 7. Noſtrum locum laudat illumque ſuo more interpretatur *Apulejus* de *Genio Socrat.* T. II. p. 113. (Utor nitida editione, quæ prodiit, ſine nomine editoris, Alteburgi 1778.) Conf. adhuc *Cicero* de *Divinat.* I. 54., quo loco etiam tradit, permulta collecta eſſe ab Antipatre, quæ mirabiliter a Socrate divinata ſunt. —— Præter modo laudatum *Apuleii* librum, de genio Socratis inter veteres adhuc diſputant *Plutarchus* peculiari diſſertatione & *Maximus Tyrius* duabus diſputationibus XIV. nempe & XV. Inter recentiores de eo egit *Meiners*, Philoſophus Gottingenſis, in Oper. Miſcell. (*Vermischte Schriften*) Tom. III. Et poſt eum acutiſſimus veteris Philoſophiæ interpres *Tidemann* in opere noviſſimo, cui titulus: *Geist der Spekulativen Philoſophie*, ibique *Zweiter B.* p. 17.

Pag. 311. 312. εἰμι δη οὖν μαντις μεν — — ὡς δη τι, ὦ ἑταιρε, μαντικον γε τι και ἡ ψυχη. Expreſſit hunc locum *Maximus Tyr.* XIV. 3. — Quæ de animi vaticinandi facultate Plato hic dicit, antiqua iam doctrina fuiſſe videtur. Ad Pythagoram eam refert *Diodorus Siculus*, loco a *Daviſio* ad Ciceronem de *Divinat.* I. 30. citato. *Ariſtoteles*, ap. *Sextum Empyr. adv. Phyſicos* p. 553. aliique ejus veſtigia in Homero iam invenerunt, pro exemplo citantur Hectoris morientis vaticinium, quod eſt *Il.* X. 358. Ad h. l. Schol. Leidenſis ap. *Valckenaerium* p. 40. adnotat, eſſe qui contendant, ad hanc doctrinam Homerum hic reſpexiſſe. Sic etiam *Euſtathius* Patroclis vaticinium ex eadem explicat, Il. π. 851.

Præcipue autem e corpore egressurus animus vaticinandi vim habere dicebatur, *adpropinquante enim morte*, ut ait *Cicero* l. l., *multo est divinior*. Duo hac de re præclara sunt Platonis loca, alter est in *Apologia* l. 90. Ubi Socrates ad Judices: το δε δη μετα τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησμῳδῆσαι, ὦ καταψηφισαμενοι μοῦ, και γαρ εἰμι ἠδη ἐνταῦθα ἐν ῷ μαλις ἀνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μελλωσιν ἀποθανεισθαι. Alter locus est in *Phædone* l. 192., dignissimus, qui evolvatur & legatur; mihi saltem, quoties eum lego, venerandi senis imago, amicorum corona cincti, cycni adinstar supremum carmen canentis, id est, de rebus divinis atque gravissimis tranquille & placide disputantis, læta denique spe vitam hanc relinquentis, mihi, inquam, hæc imago animum maxime commovet miroque modo delectat. — Sed — ut ad institutum revertamur, non tantum animus e corpore egressurus vaticinatur, sed etiam, ut *Aristoteles* docet, teste *Sexto Empyr*. l. l., in somnis, tunc enim præcipue in statu suo naturali est, & quasi a corpore segregatus. Hic forsan locus *Ciceroni* eadem scribenti obversatus est, l. l., addit præterea triplici modo id fieri. —— Præter id, quod ex furore divinitus inmisso oritur, & hoc, de quo hic agimus, divinationis genus Peripateticos in primis probasse, idem testatur *Cicero* de *Divinat.* II. 48.

Pag. 312. Και πως ἐδυσωπουμην, κατ' Ἰβυκον, μη τι παρα θεοις κ. τ. λ. Ex nostro loco, e *Plutarcho* præterea & *Suida* hanc ῥησιν inter Ibyci fragmenta retulit *Stephanus*, quorum nonnulla collegit in *Poesi lyrica*. Rheginum

fuis-

fuisse Ibycum constat e *Cicerone Tuscul.* IV. 34. conf. etiam de eo *Plutarchus de Garrulitate* T. II. p. 904. Socratem hic παιζοντα Ibyci dicto uti satis patet; revera autem hanc ejus fuisse sententiam tradit *Xenophon* M. S. και τῶν ἀλλων δε, inquit, μωρίαν κατηγορει, οἵτινες παρα τα παρα τῶν Θεῶν σημαινομενα ποιοῦσι τι, φυλαττομενοι την παρα τοῖς ἀνθρωποις ἀδοξιαν.

Pag. 313. ἐστι δε τοῖς ἁμαρτανουσι περι μυθολογιαν καθαρμος ἀρχαιος — — παραχρημα ἀπεβλεψεν. Poenæ Stesichoro propter Helenæ vituperationem inflictæ historiam narrant *Isocrates in Helenæ Encom.* p. m. 424. & *Conon* ap. *Photium* in *Bibl.* p. 222. Palinodiæ ejus sæpius mentio fit ap. *Athenæum.* ad eam respicit *Lucianus* pro *Imag.* T. V. p. 39. — — Κατα τον Ἱμεραιον ποιητην παλινωδιαν τινα συγγραφω. Itid. *Horatius Epod.* XVII. 42.

Infamis Helenæ Castor offensus vicem,
Fraterque magni Castoris, victi prece,
Ademta vati reddidere lumina.

Ad nostrum locum adumbratum est initium disputationis XXVII. *Maximi Tyrii.* Alia in re Palinodiæ formula usus est *Cicero* in *Ep.* ad Atticum Lib. IX. 12. οὐκ ἐστ' ἐτυμος λογος, *ut opinor, ille de ratibus.* — In quo autem carmine tam grave peccatum in Helenam, non nisi luminis privatione expiandum, commisit *Ibycus?* An in eo, quod inscribitur Ἰλιου περσις, de quo disputantem vide doctiss. *Heyne in Excursu* I. ad Lib. II. *Aneid.* p. 280. *edit. post?*

Pag.

Pag. 314. — ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ, οἷον ἀλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι. Dictionem illustravit *Wyttenbachius* in *Ep. sua critica* ad *Ruhnkenium* p. 55. Cum iis denique, quæ sequuntur, τοῦτο μὲν πίστευε, ἕωσπερ ἂν ᾖς ὃς εἶ, conferantur. quæ in antecedentibus p. 311. de Phædro dixit Socrates.

His iam faciliorem dialogi partem absolvi; sequitur difficilior, neque tamen eo minus jucundior, præclarus scilicet & suavis ille mythus, quo utriusque amoris, puri & inpuri, originem & adfectus exponit, cujus autem enarrationem in aliud tempus differre coactus sum.



I N-

INDEX.

Auctorum veterum, qui in his Actis emendantur, corriguntur, vindicantur, vel illustrantur & explicantur.

AGATHARCHIDES. pag. 153.
AMBROSIUS. 63.
AMMIANUS MARCELL. 117.
AMMONIUS. 164.
APULEJUS. 327.
ARISTOPHANES. 13.
ARISTOTELES. 157. 160.
CAESAR (JULIUS) 44. 61. 99.
CICERO. 25. 58. 75. 76. 90. 92. 106. 107. 156. 316.
CYRILLUS. 165. 166.
ERANIUS PHILO. 168.
FESTUS. 139.
FLORUS. 59.
GELLIUS. 313.
HERODOTUS. 160. 161. 162.
HESYCHIUS. 167.
HIRTIUS. 89.
HOMERUS. 142. 150.
HORATIUS. 320. 321.
HYGINUS. 24.
JESAIAS *Propheta.* 147.
Inscriptiones & *Monumenta antiqua.* 2 = 17. 156. 169 = 290.
Interpretes V. T. Graeci. 147.
JULIANUS. 316.
LESBONAX. 168.
Lexicon περὶ πνευμάτων. 168.
LIBANIUS. 323. 324.
LIVIUS. 27. 28. 93.
LUCIANUS. 308.
LYSIAS. 301.
MINUCIUS FELIX. 83.
MOSCHOPULUS. 166.
MOSCHUS. 141. 146. 149.
OBSEQUENS (JULIUS) 33.
OROSIUS. 90.
OVIDIUS. 135. 136.
PAUSANIAS. 167.
PLATO. 291 = 330.
PLINIUS. 156.
PLUTARCHUS. 298. 299. 309. 319. 321.
PSALMORUM *Liber.* 154.
PROPERTIUS. 138.

SAL-

Sallustius. 62. 63.
Scholiasta Homeri. 150. 151.
Seneca Tragicus. 140.
Servius. 141.
Statius. 97.
Stobaeus. 307. 318. 322.
Tacitus. 20 = 133.
Theocritus. 151. 152.
Tibullus. 321.
Valerius Flaccus. 121.
Victor. (Aurelius) 67. 71. 104. 105. 119.
Virgilius. 35. 142. 144.
Vopiscus. 75.

EMENDANDA & ADDENDA

P. 7. *Lin.* 1. 2. Cadméennes *pro* Cadménnes.
P. 178. *Lin.* 32. *inferatur post* Doniuam, *Gudium* XXVI. 4 & CIX. 7.
P. 205. *Lin.* 18. Literati *pro* literari.
P. 213. *Lin.* 2. Honorati *pro* Honorari.
P. 227. *Lin.* 17. Altingius *pro* Atingius.
P. 247. *Lin. ult.* Vulpius *pro* Vulpium.
P. 253. *Lin.* 33. LXXXIX. 1. cui ignotum erat iam à *Gudio*, etsi alieno loco, editorum culpa, in Monumentis quippe hominum singularium descriptum esse CCCXXXIII. 2.
P. 260. *Post Lin.* 20.
XCIII. 8. eamdem iam debueramus *Gudio* in Indice p. CIII.
P. 273. *Lin.* 21. Chreste *pro* Chresle.
eadem Lin. ad vocem viva. Attamen ne quid dissimulem *vivens* quoque in titulis frequenter occurrit, tanquam *Gudii* CLXII. 7. CLXX. 4. CXCIII. 3. CXCV. 1. & passim alicubi.

